CELEBRIORES DOCTORUM THEORICAE AB ADVOCATO GREGORIO...



CELEBRIORES
DOCTORUM THEORICÆ
AB ADVOCATO
GREGORIO FIERLIO
COLLECTÆ
ET
FLORENTINÆ
PRÆSERTIM
JURISPRUDENTIÆ STUDIOSIS DICATÆ
Pars Quinta.

FLORENTIÆ MDCCCXVI.

EX TYPOGRAPHIA ANTONII BRAZZINI
Superiorum Facultate.







THEORICA JASONIS

In Leg. si sit Legatum num. 4. ff. de Legat 1.

Animadvertit in hac Lege *Jason*, quod ille, qui facultatem habet, faciendi quidquid viderit expedire, dicitur habere arbitrium voluntatis, non arbitrium boni viri (1) Quod maxime procedit, si adiecta fuerit Clausula *omnino*, quae clausulae amplissimae *In omnibus, et per omnia* aequipollet. (2)

Facultas etiam alicui concessa cum verbis „ *pro libitu voluntatis* „ sive, ut vulgo dicitur „ *a piacere* „ liberam praesefert voluntatem, non arbitrium boni viri (3) Verba quoque *si videatur, et placeat* inducunt libertatem voluntatis, non arbitrium boni viri quando simul juncta reperiuntur. (4)

At si constet de mente, ac desiderio disponentis, ut quod ipse praecepit suum sortiatur effectum, tunc verba illa *si videatur, et placeat* non tribuunt ei, cui directa fuerunt, liberam facultatem statuendi quidquid ipsi placuerit, si id voluntati, ac desiderio disponentis adversetur (5) Ideo praedicta verba, aliaque hujus generis non sunt apte ad tribuendam Haeredi facultatem subvertendi, ac destruendi fideicommissum, aliamve dispositionem a Testatore enixe volitam, ac desideratam (6)

Hoc in loco non est praetereunda Theorica *Decii, in Leg.* 1. §. 14. *ff. de jurisdict. omn. judic.*, qui bene ponderavit, quod verbum „ *potest.* „ directum ad Judicem, vel Magistratum interpretatur pro „ *debet* „ quia tale verbum a Lege, Statuto, vel a Principe prolatum non importat arbitrium, sed jussum, et necessitatem agendi (7)

---

(1) *Ruin. cons.* 24 *num.* 9 *lib* 2 *Dec. cons.* 493 *num* 17 *Menoch. de Arbitrar quaest* 8 *num* 1 *et plur seqq.*

(2) *Rot. Rom. in Recent decis* 594 *num.* 20 *part* 19 *tom.* 2 *Rota nostra in Tergestina, seu Liburnen. Reassecurationis* 11 *aug.* 1787 §. 14

cor. Aud. Brichieri Colombi et Maccioni rel. ubi de hac *Jasonis* theorica pertractatur, et ubi agitur de concessione potestatis collata in Directores Assecurationum faciendi quidquid eis magis expedire videretur.

(3) *Surd. decis.* 272 *n.* 15 *Rot Rom. cor. Bich. decis.* 287 *n.* 3 *et cor. Priol dec.* 142 *num.* 15.

(4) *Cravett. cons.* 105 *num* 4.

(5) *Volaterrana successionis* 29 *sept* 1753 §. 53 *et seqq. cor. Aud. De Mari Relat.*

(6) Ead. *Volaterrana successionis* § 57 *et seq.* ubi agitur de Formula „ *Se così piacerà al mio Erede* „ *se lo approverà* „ *se lo reputerà giusto* „ *o se gli parrà utile* „ Et adducuntur Textus Juris Civilis.

(7) *Sabell. in summ.* § *Verba num.* 30 *vers. Item, Magon. Decis. Lucens.* 3 *num* 11 *Florent. recursus* 30 *decembr.* 1733 § *Nulla suffraganda cor. Canc. Archi.*



THEORICA IMOLAE

In Cap. Pervenit num. 12. vers. Quoniam de Empt. et Vendit.

JUxta Praxim in Foro receptam Mulier non potest se obligare, vel pro Marito, vel pro Filiis, vel pro Extraneis ultra medietatem suae Dotis, ita ut obliga-

tiones omnes medietatem dotis excedentes omnino rescindantur, ne laesionem, ac jacturam immodicam Mulier in sua dote patiatur. (1)

Sed quaestio est, an ad hujusmodi laesionem rite, recteque mensurandam inspici debeat tempus contractae obligationis, seu potius tempus restitutionis dotis? Et quod inspiciendum sit tempus restitutionis dotis tradit *Imola* in dicto *cap. Pervenit*, eam ob rationem aequitati consonam, quia de tempore, quo locus est restitutioni dotis, et quando Mulier pro restitutione agere potest, non autem antea, bene dignoscitur, an ipsa mulier laesionem in sua dote passa sit. (2)

Quod autem inspici debeat tempus obligationis a muliere susceptae ad effectum mensurandae laesionis et ostendendi insufficientiam bonorum Mariti pro uxore relevanda, plures alii voluerunt sequuti Theoricam Bartoli *in Leg. 1. num. 11. Cod. de Condict. Indeb.* (3)

Substinetur tamen obligatio Mulieris ultra medietatem suae dotis, si habeat alia bona extradotalia, propriumque negocium gesserit (4) si caussa urgens, et necessaria concurrat, *ex. grat.* ne

Mulier fundo dotali expolietur (5) si Mulier publice mercaturam exerceat, quo in casu ipsa juvari nequit beneficio *S. C. Vellejani.* (6)

---

(1) *Constant. ad statut Urb. Annot.* 46 *art.* 2 *num* 186 *Rota nostra in Thes. Ombros. tom.* 7 *decis.* 32 *num.* 6 *et seq*

(2) *Noguerol. Allegat.* 29 *num* 78 *Castill Alleg. decis.* 232 *num.* 12 *et seqq Cancer. var resolut. part.* 3 *cap.* 15 *num* 104 *et seq. Constant. ad stat. Urb loc cit num.* 188.

(3) *Rot.* nostr in *Castilionen. dotis* 14 *sept.* 1718 §. *At quidem cor. Aud. Calderoni*, et in *Arretina Nullitatis Obligationis* 15 *julii* 1737 § *His in jure cor Aud. Josepho Bizzarrini*, in *Thes. Ombros. d decis* 32 *tom.* 7 Vid. etiam *Rot. Rom. in Romana Adjudicationis* 19 *jun.* 1748 §. 8 *cor. Molino*, ubi quod sufficientia bonorum pro metienda relevatione mulieris metienda est de tempore initae obligationis, seu Contractus, non curato quod postea evenerit.

(4) *Romana Laesionis* 20 *martii* 1747 §. 5 *cor. De Vais.*

(5) *Dict. Romana Adjudicationis. cor. Molino* §. 5.

(6) *Rota* nostr. *in Liburnen.* Nullitatis *Sequestri* 22 *jun.* 1764 § *E la donna cor. Aud. Josepho Bizzarrini.*



THEORICA JOANNIS ANDREAE.

In cap. cum saeculum de urepatr.

JOannes Andreas doctissimus J. C. Bononiensis docet, quod existentibus duobus Haeredibus, quorum unus sit in re certa institutus, alter in tota haereditate, Juspatronatus transit in haeredem universalem, non in particularem, sive in re certa institutum. (1)

Transire tamen potest Juspatronatus etiam in singularem successorem, *si reale* sit, nempe annexum alicui fundo, tunc enim translato in successorem particularem fundo, Juspatronatus etiam in eum transire per necesse debet. (2)

Plures autem sunt modi, quibus Juspatronatus de una in aliam personam transfertur, nempe successio, donatio, permutatio, ac venditio universitatis bonorum, in qua etiam Juspatronatus continetur (3) In hujusmodi tamen translationibus necessarius est legitimi

superioris assensus, quum ipse debeat examinare, an aliqua fraus intervenerit, vel simoniaca labes. (4)

At quamvis Juspatronatus transeat in emptorem universitatis bonorum, hoc tamen non procedit quando in venditione necessaria esset specifica traditio rerum omnium, quae universitatem ipsam efficiunt, quia tunc sequeretur specialis venditio Jurispatronatus, contra sanctionem Textus *in cap. de jure tit. de jurepatr.* (5)

Quum vero juspatronatus de sui natura indifferens sit, et ad quoscumque transmissibile, ideo sequitur quod non remaneat penes haeredem haeredis gravati, sed transeat, si Lex aliqua non obstet, una cum bonis, ac juribus ad substitutum, et in generali dispositione comprehendatur. (6)

---

(1) *Lambertin de jurepatr. lib* 1 *part.* 1 *art* 16 *num* 6 *Arretina, seu Lateranen Beneficii* 8 *aug.* 1781. § *penult. cor. Vicario Causarum Episcopi Aretini Blasii Sturlini.*

(2) Ut per *Text. in Cap Ex literis de jurepatr.* firmant *Lambert.* eod *tract. lib.* 1 *part.* 2 *art* 2 *et* 3 *Piton. de Controv Patron. Alleg.* 100 num 216 et 222 *Rot. Rom. in Leodien. ju-*

rispatronatus 14 *maii* 1753 § 2 et 4 *cor. Caprara jun.*

(4) *Vivian. de Jurepatr part* 1 *lib.* 4 *cap.* 1 *num.* 1 *et seqq.* In donatione jurispatronatus locum habet dispositio Legis *si unquam Cod. de revoc. Donat.* Idem *Vivian. part.* 1 *lib.* 4 *cap.* 4 *num.* 31 *et seqq.*

(4) *Vivian loc cit num* 28 *et seqq* ubi quod consensus debet esse expressus.

(5) Idem *num* 3. 4. *et* 9.

(6) Vid. *Allegat. seu Tertio juris D. Adv. Zabagli in Cutilianen Capellaniae Laicalis*, et *Nominationis*, et alteram ejus *Allegat.* in ead. Causa, quae incipit „ *Per sorte.*

De consolidatione jurispatronatus in ultimo ex pluribus Descendentibus invicem, ac reciproce substitutis; Et quandonam verificetur reciproca substitutio linealis, *Vid. Consult DD. Advv. Poschi, et Mini in Florent. Jurispatronatus in Causa Mini, e Sacconi.*

THEORICA ISERNIAE

De successione feudali cap. 1. *num.* 1. *vers. si autem.*

AD dignoscendum, an in Emphyteusi concessa Patri acceptanti etiam, et

stipulanti pro ejus filio, Filius quoque censeri debeat una cum Patre primus acquirens, ita distinguit *Andreas de Rampinis* eximius J. C. *Iserniensis*. Aut concessio facta fuit Patri, et Filio non simpliciter sub nomine *appellativo* Filii, sed sub nomine *proprio*, ac distinctivo, *ex. grat. Filio Joanni*, et tunc Filius censetur una cum Patre primus Acquirens, utpote aequaliter cum eo contemplatus, quamvis filius fuerit absens et Pater de propria pecunia laudemium solverit. Aut vero concessio facta fuit Patri acceptanti, et stipulanti pro se, et filio sub nomine tantum appellativo, non proprio, et tunc Filius non dicitur cum Patre primus acquirens (1)

Ratio est, quia personae magis coaequatae censentur si nomine proprio vocatae fuerint, quam si nomine appellativo; cujus rei extant exempla in *Leg. Turpia* 54. *§. final. et in Leg. si haeredes* 124. *ff. de Legat.* 1. in quibus si Testator leget ab Haeredibus nomine proprio designatis, tenentur omnes pro virili ad praestandum legatum, licet inaequaliter instituti fuerint; secus si omnes generice sub nomine appellativo

nunoupentur, quo in casu pro portionibus tantum haereditariis ad legati solutionem obstringuntur.

Ex praedicta *Iserniae* distinctione optimus resultat effectus, nam si filius considerari nequeat pro primo acquirente, Pater in ejus praejudicium de tota Emphyteusi disponere potest, Quod si filius fuerit una cum Patre primus acquirens, et inter eos nullum constitutum appareat jus accrescendi, tunc Patri non licebit nisi de medietate Emphyteusis disponere, relicta altera medietate Filio, qui aeque poterit de ea disponere in Patris etiam, ejusque successorum praejudicium quum usque ab initio Emphyteusis censeatur tam Patri, quam filio pro virili portione acquisita. (2)

Verum regulare est, quid in materia Emphytentica primus acquirens intelligatur ille, qui Investituram stipulatus est, eoque mortuo ejus filius non habeatur tamquam primus acquirens. (3)

---

(1) *Curt. Jun. de Feud part.* 5 *num.* 4 *et seq. Rosental. de Feud. cap.* 9 *Conclus.* 66 *num.* 26

Rot Rom. cor. Cavaler. decis. 219 *num.* 9 *cor. Emerix jun. decis.* 1314 *num.* 2 *tom.* 3 *et cor. Caprara decis* 642 *num* 2 *et decis.* 589

(2) *Fulgin. de jur. Emphyt quaest* 24 *tit. de Contract Emphyteuticis Sperell. decis. for. Eccl.* 72 *num* 6, *cit decis.* 219 *num* 8 *cor Cavaler. et cor. Emerix. jun. dec.* 271 *tom* 2 *et* 1314 *tom.* 3 in quibus stante jure accrescendi data fuit filio disponendi facultas de tota emphyteusi. *Et cor. Caprara cit decis.* 642 *per tot*, ubi rejecta soliditate concessionis emphyteuticae confirmata fuit in filio facultas disponendi de sua medietate, seu virili

(3) Vid *Cyriac controv forens* 21 *num.* 30 *et Rot Rom. in Recent. decis.* 55 *num.* 13 *part.* 19.



THEORICA LAPI

Allegat. 35. *num.* 2.

ONus celebrandi Missas non probat quod Beneficium sit *Sacerdotale* vel in *actu*, vel in *habitu* etiam in Cappellaniis Ecclesiasticis, quum Beneficiatus possit etiam per alios onus sibi injunctum implere celebrationis Missarum. (1) Ad

Beneficium enim Sacerdotale constituendum requiritur quod in ejus fundatione dictum sit quod Rector esse debeat *in perpetuum unus Praesbiter, quod ad Altare missam celebret, et divina officia dicat*; quo in casu locum non habet memorata *Lapi* Theorica, quia contemplata censetur dignitas Sacerdotalis *qualificative*, habito namque respectu ad personas eligendas, non autem ad onus, ac propterea praesentatus debet esse saltem habitu sacerdos, et intra annum ad sacerdotium promoveudus. (2) Locum pariter non habet Theorica *Lapi* quoties Fundator designatis Patronis statim mandat, ac jubet *per eos eligendum esse Sacerdotem*, quod idem est ac si dixisset, eligatur, ac praesentetur Sacerdos: Censetur enim Fundatorem cogitasse de persona sacerdotali charactere insignita, quaeque statim post factam electionem sacerdotale munus exercere possit, juxta alteram receptissimam *Panormitani* Theoricam in *Cap. cum cunctis § Infertora num.* 5o. *de Aelection.* (3)

Inter haece *Lapi*, ac *Panormitani* sententias discrimen consistit in sensu, quo Fundator accepit verbum *Sacerdos*. Si

enim Sacerdotem ipse designaverit in solo sensu illius praesentationis absque mentione alicujus oneris celebrandi missas, *ex. grat.* si dictum fuerit *eligatur, ac praesentetur sacerdos*,, tunc procedit *Panormitani* sententia; Si vero Fundator electioni, ac praesentationi sacerdotes mentionem adiecerit celebrationis Missarum non addito praecepto eos celebrandi per se ipsum, neo addita prohibitione eas celebrandi per alium, tunc procedit sententia *Lapi.* (4)

Beneficium *sacerdotale* distinguitur a Beneficio *Ecclesiastico*, ad quod constituendum a Canonistis requiritur. I. Quod erectio Beneficii facta sit cum consensu, et auctoritate Ordinarii II. Quod Beneficium sit perpetuum. III. Quod habeat annexam spiritualitatem nempe quod detur propter divinum officium vel celebrandi missas, vel recitandi horas, vel deserviendi Ecclesiae. (5) IV. Quod ab Ordinario conferatur clerico. V. Quod dotem habeat congruam pro ejus oneribus digne substinendis. (6)

Beneficia autem, seu Capellaniae sine Superioris auctoritate fundatae quamvis sint perpetuae, non reputantur Benefi-

sia Ecclesiastica. (7) Nec in numero Beneficiorum Ecclesiasticorum recensentur Capellaniae *amovibiles* seu ut ajunt *Manuales*, quae propterea donari et contrahi possunt absque ulla simoniae labe; quinimo dubitatum est, an etiam Cappellaniae simplices, *laicales* huic simoniacae pravitati obnoxiae sint saltem ne contractu, conventionesque jam peractae rescindantur. (8)

Omne vero Beneficium ac praesertim Ecclesiasticum differt a *Loco Pio*, et signanter ab Hospitale etiamsi Locus Pius visitationi et jurisdictioni Ordinarii subiectus reperiatur. (9)

(1) *Garziæ de Benefic. part.VII cap.* 1 *n* 85 *et seq. Piton de Controv. Patron. Allegat* 100 *in supplem. num.* 113 *et seq. Pistorien. Beneficii* 6 *sept.* 1780 §. *Attamen cor Audd. Luci, Tosi, et Vinci P scien Capellaniae* 16 *sept* 1801 §. *Ne tib cor. Aud. Joanne Alberti* ubi quod posita qualitate Capellaniae laicalis, ea consequi potest etiam ab Infante si non resistat fundatoris voluntas ex eo quia Capellanus debeat per se ipsum celebrare missas.

(2) *Pistorien. Beneficii* 9 *jun.* 1779 *per tot. cor. Aud Nunciaturae Horatio Fenzi.*

(3) De hac Theorica plene agitur in *Firmana Beneficii* 26 *febr.* 1790 *n.* 4 *et seqq. cor. Des-*

puig. confirmata *cor. eod. sub. die* 4 *febr.* 1791.

(4) Ead. *Firmana Beneficii* 4 *febr.* 1791 §. 5 *et seqq.*

(5) Secus si pars redditnum ecclesiasticorum detur ob ministerium mere temporale, seu laicales labores, uti sunt illi, quos praestant Musici, Aeditui, caeterique hujus generis; Vid. *Ferraris Bibliothec. verb. Beneficium Art.* 1 *num.* 10.

(6) *Amostaz. de Caus piis lib* 3 *cap* 2 *n.* 12 *Rot Rom, cor. Pamphil. dec.* 87 *n.* 1. *Rot.* nostra *in Piscien. praet. Indebiti* 12 *jun.* 1782 §. *Questi cor. Aud Brichieri Colombi Rel* Vid. *Castilionen Beneficii*, *et Jurispatronatus* 29 *sep.* 1798 *Art I. cor. Adv. Cocchi*, *et Bonarroti*, ubi late agitur, quando dignoscatur Beneficium esse potius Ecclesiasticum, quam laicale. Vid *Piscien Capellaniae* 16 *sept.* 1801 *cor. Aud. Alberti*, ubi quod Capellania tunc dicitur ecclesiastica, non laicalis quando Episcopus eam erexit; et recognovit in titulum ecclesiasticum, non obstante quod eidem constituta fuerit dos, et injunctum habeat onus missarum.

(7) *Piscien. Beneficii diei* . . . *cor. Archidiacono Francisco Cneli Rel.* ubi quod hujusmodi, Beneficia difficillime important *incompatibilitatem* pro exclusione praesentati a Beneficio residentiali.

(8) Vid. *Camaldulen. seu Puppien. Salviani* 24 *martii* 1779 §. 14 *et seq. cor. Aud. Raffaelli.*

(9) *Garsia de Benefic. cap.* 3 *num.* 1 *De Luca, de Alienat. disc.* 1 *num.* 15 *Rot Rom. in Recent. decis.* 248 *n.* 10 *part.* 11.



THEORICA NATTAE

Cons. 3. num. 6.

Georgius *Natta* percelebris Jurisconsultus *Astensis* cautelam suppeditavit, quod postulante Domino directo pro quibus bonis Emphyteuta Canonem solvat, potest ipse indicare bona etiam deteriora, et refundere in Dominum directum, licet sit Ecclesia, onus contrariae probationis quod salvat pro meliaribus (1) Quod praesertim obtinet quando Emphyteuta non esset haeres, et ignorare facile potuerit quantitatem, ac qualitatem bonorum emphyteuticorum (2) Bona tamen Domino ostensa proportionata circiter esse debent ad quantitatem Canonis, seu affictus, nam si multo minora essent, vel deteriora, ostensio domino facta praesumi posset simulata, ac fraudolenta, quum id quod prorsus inverisimile est pro falsitate ipsa habeatur (3) Sed haec simulationis, ac falsitatis praesumptio in Locatione magis

praesumenda esset, quam in Emphyteusi, quum in Locatione Canon, seu affiotus fere adaequet fundorum reditum, in Emphyteusi vero modica saepe pensio constituatur pro fundo magni valoris (4) Ideo si quaestio sit inter Dominum, et Emphyteutam super quantitate, vel qualitate bonorum emphyteuticornm, Judex debet hoc statuere secundum antiquas memorias, secundum Domesticorum attestationes, secundum communem opinionem, et famam, aliasque probationes, quas ex factoircumstantiis haurire poterit. (5)

Quod si Emphyteuta confundat bona emphyteutica cum bonis liberis ab ipso acquisitis, atque solicitus non fuit ea bene secernere, ac distinguere mediante terminorum appositione, tunc in ejus odium conceditur Domino directo immissio, vel associatio ad totum fundum, donec ab Emphyteuta bona propria distinguantur, ac perspicue probentur. Praesumptio enim oritur, quod omnia bona possessa in loco Emphyteusis sint emhyteutica. (6)

Ad arcendas igitur, evitandasque hujusmodi contentiones inter Dominum, et Emphyteutam, optimus est stylus

recognoscendi omni dato tempore nempe de 29 in 29 annos, statum, et confinia bonorum emphyteuticorum mediante Instrumento *recognitionis in dominum*, (7) uti constitutum apparet per nostras etiam Leges respicientes concessiones emphyteuticas Bonorum Ecclesiae, aliorumque piorum Locorum, uti videre est in Edicto *diei* 20 *decembris* 1769 aliisque posterioribus, quemadmodum adnotavi in meo Opusculo „ *dei Livelli di Mano morta*, in ejusque Additamentis *sect XIV*.

---

(1) *Tondut resolut. cap.* 41 *n.* 21. *tom.* 1 *Fulgin de jur. Emphyt tit de Contract quaest.* 25 *num.* 29 *et quaest.* 26 *n.* 14 *et seq Cavalcan dec.* 45 *num.* 92 *lib* 1 *Rot. nostr. cor. Magon. decis.* 2 *num.* 10

(2) *Cavalc. dict. decis. loc cit et in Tract de Usufructu num* 237 *pag.* 448 *Fulgin. de Emphyt. loc cit*

(3) *Fulgin d. quaest* 25 *n.* 30 *et quaest* 27 *n* 15.

(4) *Fulgin. eod quaest.* 27 *sub num* 15.

(5) *Natta dict. cons* 3 *Hostiens. in cap. Nimis n.* 4 *de Jurejurand Fulgin d. quaest.* 27 *loc cit Rot Rom decis.* 150 *n.* 5 *et* 295 *n.* 8 *in fin part.* 1 *Recent*, *Rota* nostra *cor. Magon. d. decis.* 2 *sub n* 10.

(6) Vid *Florent. seu Pisana Immissionis* 29 *sept.* 1769 §. 108 *et seqq. cor. Aud. Uitvelli Rel.*

(7) Disputatum est in nostris Tribunalibus, an expensa hujusce Recognitionis fieri debeat ab Emphyteuta, vel a Domino directo? Audio decisum fuisse, quod si in Instrumento non sit expressum recognitionis onus, expensa facienda est a Domino directo, si illam velit; si autem hoc onus expressum sit, expensa facienda sit ab Emphyteuta. In dubio putarem expensam esse debere communem si utriusque intersit recognitionem fieri.



THEORICA OLDRADI

Cons 113. in fin.

Quamvis exploratum in Jure sit non licere Parentibus, caeterisque, qui ad legitimam relinquendam obstringuntur, eam constituere in pecunia, vel in aliis rebus praesertim deterioribus, ac minus fructiferis. (1) Attamen *Oldradus* docuit, quod concurrente rationabili caussa,

constitui legitima possit in pecunia, caeterisque hujusmodi bonis mobilibus, nec non creditis haereditariis, non obstante quod sit quota bonorum, et ex omnibus haereditatis corporibus debeatur. (2)

Justa autem, ac rationabilis caussa esset conservatio bonorum stabilium in Agnatione, unio Praediorum insignium penes haeredem institutum, maxime vero si statutum jubeat, Filios acquiescere debere Parentis judicio. (3)

Hinc Testator mandare potest, ac praecipere ut legitimam Filius detrahat ex mobilibus, pecuniis, ac creditis haereditariis (4) Hinc pro legitima possunt a Patre assignari, et dari in solutum bona emphyteutica alienabilia. (5) Hinc etiam Judex potest Filio constituere legitimam in una tantum, vel aliquibus rebus, quia licet ea sit quota bonorum omnium, hoc tamen intelligendum est respectu qualitatis, et mensurae, sed quoad executionem non intelligitur de singulis haereditatis corporibus. (6)

---

(1) *Leg. Quoniam in prioribus Cod. de inoff. Test. Romana, seu Arianen. Legitimae quoad* il-

quidàtionem 26 maii 1745 § 14 § *cor. Vicecomite* ubi quod legitima salvi non debet cum mobilibus vilioribus et minus utilibus in haereditate remansis.

(2) *Merlin. de Legit* lib. 5 *tit* 3 *quaest.* 11 *n.* 19 *et seqq. De Luc. de Legit disc.* 19 *n.* 5 qui *Oldradi* Theoricam amplectiter

(3) *Merlin de Legit loc cit. De Luc ibid. et disc.* 26 *n.* 13 *et disc* 29 *n.* 4 *de Legitima.*

(4) *Rot nostr in Florent praetensi Spoli* 9 *sept.* 1679 §. *Nec praemissis et seqq. cor. Aud. Cosma Forsetti*, ubi quod hoc praeceptum validum est; et quod probatio quod in haereditate non fuerint reperta mobilia, et pecuniae sufficientes pro Legitima, vel Trebellianica spectat ad haeredem, qui de iis non reddit rationem, nec inventarium confecit. *Ibid.* § *Et hoc verisimile cum seq.*

(5) *Merlin de Legit. lib* 2 *tit.* 1 *quaest.* 8 *n.* 1 *et* Rot *post cum dec* 57 *n* 3 *Rot. nostr. in Pisana Emphyteusis* 31 *aug.* 1696 § *Haec quae procedunt cor. Aud. Alex Bellatio*

(6) *Peregrin. de fideicomm art.* 4 *n* 34 *et art.* 36 *num.* 74 Rot. *nostr. Lib Motiv.* 100 *pag.* 317 *ad fin.*

Non in fructibus, sed in corporibus haereditatis legitima debetur, non obstante acceptatione Testamenti paterni a filio facta, et non obstante quod filius preceperit fructus ultra modum legitimae, ut reprobato *Cumano* firmat *Bononien. Pecuniaria* 3 *martii* 1747 §. 9 *et* 10 *cor Vicecomite.* Legitima filiorum tunc potest constitui in fructibus quando agitur de illius imputatione, et postquam Filius acceptavit Patris dispositionem,

nam tunc fructus recipiunt aestimationem, et in Legitimam imputantur, *Leg. Haereditatum ff. ad Leg. Falcid.* Rot. *cor. Seraphin dec.* 1353 *n. 6 et seqq.* et ita decidit *Rota* nostra *Lib. Motiv.* 115 *pag.* 568.



THEORICA PANORMITANI

In cap Consuluit de jurepatronat.

DOcet *Abbas Panormitanus*, quod Clericus Patronus Beneficii vacantis non potest se ipsum praesentare ad Beneficium, sed solum potest praecesOrdinario offerre, ac petere dispensationem, ut sibi illud conferatur. Hujus conclusionis plures sunt rationes, scilicet quia nemo se ingerere potest in officio ecclesiasticae praelationis, quia distinctio esse debet inter personam Praesentantis, et personam Praesentati, ne actio, et passio detur in eodem subjecto; et quia Pa-

tronus, qui debet praesentare idoneum, si se ipsum praesentaret, se ipsum etiam laudaret, ideoque tamquam ambitiosus repellendus esset. (1)

Quae quidem sententia locum habet tam in Beneficiis *Ecclesiastici*, quam in *simplicibus* cum in utrisque praedictae militent rationes. (2)

Plures tamen sunt casus, in quibus cessat ista *Panormitani* sententia. Et primo cessat si Episcopus motu proprio vocet Clericum Patronum, eique conferat Beneficium : ista enim collatio non habet originem ab ipso Patrono, quia se ipsum non praesentat, sed a Deo tamquam Aaron ad saorum ministerium vocatur. (3) Secundo cessat si clericus compatronus ab alio compatrono praesentetur, nam persona electa non videtur computanda inter personas eligentes (4) Tertio cessat si Donatarius Juripatronatus donantem praesentet quoties tamen donatio facta fuit perpetuo cum Episcopi consensu, non autem pro una vice tantum, quia tunc donatio praesumitur fraudolenta, ut Donans a Donatario praesentari valeat (5) Quarto cessat, si praesentatio facta sit a Pat e de Filio suo habili, et idoneo, quamvis

pater, et Filius in Jure reputentur una eademque Persona. (6) Tandem, ut alia omittam exempla, si clericus praesentandus debeat esse, ex Fundatoris dispositione, de aliqua Familia, et Patronus alium praesentavit de extranea familia, potest clericus, qui praesentari debebat sese opponere, atque petere se ipsum ad Beneficium promoveri. (7)

---

(1) *Lambertin. de Jurepatr part* 1 *lib.* 2 *quaest.* 8 *art* 3 *Vivian. de jurepatr. part.* 2 *lib* 6 *cap* 9. *n.* 1. *et seqq,* Rot Rom *cor.* Ratto *dec* 102 *n.* 2 *et cor. Ansald. dec.* 524 *n.* 16 *Rot. nostra in Pisana, seu Pontremulen Beneficii* 20 *jul.* 1802 §. 19 *et seq cor Aud. Fenzi rel.*

(2) *Vivian. loc cit. n.* 4 *ubi allagat Decis. Rotae Rom. in Aquilegien. Jurispatronatus mensis junii* 1587 *cor. Rubeo*

(3) *Abb. in cap per nostras de Jurepatr n.* 3 *Vivian. loc cit. num* 6 *et seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 430 *num* 5.

(4) *Calderin. cons.* 7 *de jurepatr. Hostiens. in summ. tit de jurepatr. n.* 11 *Lambert. loc. cit. art.* 5.

(5) *Lambert. ibid art* 11 *Vivian ibid. n.* 22. Donatio Jurispatronatus non valet absque Episcopi Decreto etiamsi fuerit jurata; et consequenter non attenditur praesentatio a Donatario, vel ejus haerede facta, *Castilionen Benefici*

et Jurispatronatus 29 *sept.* 1798 *art* 4 *cor. Adv. Cocchi, et Buonarroti*

(6) *Gloss in cap. Quia Clerici verb filii et in cap. consuevit verb propria auctoritate de jurepatr. Ludovic. tom.* 3 *comm opin tit. de jurepatr. conclus. unica Vivian. ubi supr num.* 23 qui ait idem procedere in Avo praesentante Nepotem, aliosque consanguineos, et in Episcopo conferente Beneficium filio suo legitimo, vel Nepoti idoneo.

(7) *Lambert. ubi supr. art.* 4 *num.* 7 *Vivian. loc. cit. num* 9 Potest etiam Clericus Patronus in paritate Praesentantium suam adjungere praesentationem pro constituenda ad sui favorem majoritate vocum, *De Luc.* in suo *Dottor Volgare dell' juspadronato lib.* 13 *cap* 6 *num.* 11.



THEORICA PANORMITANI

In cap. Consultationibus num. 9. *de jurepatr.*

Quamvis in materia Patronali inspici debeat ultimus praesentandi status,

qui clarus sit, atque perspicuus ad favorem possessoris juxta percelebrem Constitutionem Pontificis *Alex. III.* in dicto *Cap Consultationibus*, et correlativam Bullam Papae *Innocentii. III.incap. Querelam* 24. *de Elect et Elect. potest*; haec tamen Juris Canonici regula non procedit in judiciis *Petitoriis* in quibus disputari primario solet de pertinentia jurispatronatus inter plures de eo contendentes sed locum tantum habet quando lis incidenter oritur inter plures Praesentatos ad effectum obtinendi institutionem, et providendi Ecclesiam suo Pastore carentem (1)

Quinimo in ipso etiam judicio possessorio, atque simplicis manutentionis non attenditur quasi possessio juris praesentandi quoties evidens sit, et inconcussa juris patronatus pertinentia, vel quia Instrumentum Fundationis sit clarum vel quia extet res judicata, vel quia Partis confessio habeatur, juxta propositam *Panormitani* Theoricam. (2)

Hisce tribus probationibus adjungi potest probatio desumpta ex argumentis aequipollentibus pertinentiam jurispatronatus aperte demonstrantibus, quum memoratae tres probationes non *taxati-*

ve, sed *demonstrative* tantum requirantur ab ipsomet *Panormitano*, ejusque sectatoribus. (3)

Ideo jurispatronatus pertinentia, et proprietas demonstrari, ac desumi potest tum ex antiquis hystoricis documentis, tum ex donatione facta juris presentandi, tum ex Insignibus, et Inscriptionibus in Ecclesia, vel Capella existentibus, aliisque hujusmodi monumentis, quae animum Judicis suadere valeant. (4) Potest etiam demonstrari Jurispatronatus pertinentia ex longo temporis cursu, in quo Domus aliqua vel Familia jus praesentandi exercuerit; Et ista quasi possessio diuturna, ac praesertim centenaria suum operatur effectum etiam in Jurepatronatus Regio, vel regiae protectioni subiecto. (5) Longissima namque observantia ostendit indolem, ac naturam Juris-patronatus, et vice fungitur Instrumenti. (6)

Deficiente autem proprietate clara Jurispatronatus, seu ut inquiunt *petitorio* claro, quod statim sufficet, et absorbeat *Possessorium*, manutentio ei semper danda est, qui reperitur in quasi possessione praesentandi, vel ei, qui causam ab ipso habet. (7)

Quod si quaestio moveatur Beneficio *pleno* super pertinentia Jurispatronatus et interim vacet Ecclesia, expectari debet exitus litis antequam locus sit praesentationi, vel saltem institutioni novi Rectoris. (8)

---

(1) *Piton. controv. Patron. alleget* 100 *num.* 446 *et seqq* Rot. *Rom cor.* Priol. *dec.* 115 *n.* 19 *cor Falconer. de jurepatr. dec.* 28 *n.* 11 *tom* 2 *Rot nostr. in Florent. jurispatronatus* 2 *mar* 1780 §. *La ragione cor Aud. Brichieri Colombi rel.*

(2) *Pollt de jurepatr. diss* 4 *n.* 17 *tom.* 5 *Florent. Beneficii* 13 *aug.* 1755 *pag* 6 *cor. Audd. Bonfini, Finetti, et Meoli d. Florent. jurispatronatus cor. Brichieri* Colombi §. *Anzi.*

(3) Uti advertit cum multis concordantibus *Decisio Aud. Meoli in Faesulana jurispatronatus* 14 *jul.* 1747 *art.* 1 § *Anzi* et memorata *Decis. Aud. Brichieri Colombi loc. cit*

(4) *Ead. Decis. cor. Brichieri* Colombi § *Queste,* e §. *E osservabile.* ubi de probatione pertinentiae jurispatronatus, de quo nullum extat Instrumentum.

(5) Vid. *Proten. praet. Usurpationis Canonicatus* 28 *sept.* 1784 § *Poiche cor. Aud. Olivelli.*

(6) *Piscien. Beneficii* 11 *aug.* 1784 § 3 *et seq cor Aud. Fenzi*

(7) *Arretina, seu Laterinen. Beneficii* 11 *aug.* 1781 § De *Beneficii,* et §. *ult. cor.* Vicario Episcop. *Sturlini,* ubi plura habentur circa modum inveniendi status

(8) *Gloss. in cap. Ex literis de jurepatr. Lotter de re Benefic. lib.* 1 *quaest* 34 *n.* 35 *Piton Discept. Eccles.* 28 *n.* 13 *Lancellott. de Attent. part.* 2 *cap.* 2 *in praefat. n.* 654.

THEORICA PLOTI

In leg. si quando num. 712. Cod. Unde vi.

Plotus Novariensi Jurisconsultus voluit, quod super Bobus aratoriis, aliisque rusticalibus Instrumentis executio fieri possit quando Creditor paratus est ea conservare pro Agrorum cultura (1) Hoc enim casu non procedit privilegium illud a Jure Civili Agriculturae, et Agriculis indultum, ne scilicet Boves Aratorii, aliaque instrumenta rusticalia, nempe Aratra, Juga, Semina, Ligones pro eorum debitis oppignorentur, ad hoc ut alacrius incumbant arti agrariae aliarum omnium longe praestantiori. (2)

Haec tamen Ploti Sententia cum parum tuta esse videatur, quia Creditor potest falso asserere velle uti Bobus, et instrumentis captis pro cultura Agrorum, ideo ad omnem evitandam fran-

dem, quae legi fieri posset, optima tradita est cauthela, quod nempe Judex obligare faciat creditorem, ut captis Instrumentis utatur in Agris colendis (5) Quinimo si agatur de Debitore Colono, qui boves habeat proprios in Fundo Domini, melior cautela est, ut creditor instet, quod post eorum adjudicationem, et in solutum dationem sibi faciendam, retineantur penes dominum praedii, ut opere rustica securius exerceantur (4) Et quoties Colonus non solum boves, sed praedium quoque proprium habeat, tunc melius est, ut una simul cum praedio boves aratorios, aliaque instrumenta pro suo Credito capiat. (5)

Multis tamen in casibus cessat hoc privilegium Agriculis concessum, Et primo si boves, aliaque Instrumenta amplius non deserviant Agriculturae, ut sunt boves indomiti, vel ad usum trahendi tantum plaustra adplicati (6) Item si boves, animalia, aliaque Instrumenta superflua fuerint pro cultura fundi, in quo existunt (7) Item si boves destinati sint ad mercimonium, vel ad hominum alimoniam (8) Cessat etiam memoratum privilegium, si rusticalia

opera jam fuerint expleta, unde perfecto maxime seminationis opere, ac labore, prohibita videri nequit executio in subsidium super Bobus, caeterisque animalibus, aut aliis Colonicis adjutoriis (9) Cessat denique hocce privilegium si alius Creditor concurrat, qui foenum, paleam, aliaque pascua bobus suppeditaverit, cui utpote habenti creditum maxime privilegiatum, competere potest Animalium retentio quousque de suo credito integre fuerit satisfactus. (10)

---

(1) *Menoch. de Arbitrar. cas* 378 *n.* 10 *et seqq. Cravtin. Contrav.* 112 *num* 19 *Pech de Jur Sist. cap.* 5 n. 16 *Constant ad Stat. Urb. Annot.* 60 *art.* 1 *num.* 46.

(2) *Leg.* Executores *cum Leg. seq et cum Auth. Agricultores Cod. de Pignor. Constant. ad stat. urb. loc. cit num* 52 qui plure enumerat privilegia Agricolis, eorumque Instrumentis a Jure concesso. *Vid* etiam *Romuss de Re Agraria Respons.* 28 *per tot.* ubi quod ab executione excipiuntur foenum, et palea pro nutritione bovum necessaria, *Ibid. n.* 3.

(3) *Carocc. de Locat. tit. de Invect. quaest.* 20 *num* 14 *Pacion. de Locat. cap.* 40 *num,* 117 *Rom. d.* Respons. 28 *num.* 16 *et seq.*

(4) Romuss. *ibid. num.* 18.

F. V. 3

(5) Ut voluit *Ripa in tract. de peste tit. de remed praeservat n* 221 *Pacian loc. cit. in fin. Romus d Respons* 28 *num* 19

(6) *Constant. ubi supra num* 45

(7) *Merlin. de Pignor quaest.* 63 *num* 25 *Romus loc. cit. num* 20

(8) *Sabell in summ et Praxi* § *Bovi num* 2 *Romuss loc. cit. sub n.* 5

(9) *Menoch de Arbitrar cas* 378 *num* 17 *Romus loc cit num.* 11 *et seqq* Nonnulli existimant quod Executio fieri possit super memoratis Instrumentis, si nihil aliud in bonis debitor habeat; sed opinio isthaec parum tuta esse videtur uti contraria Legis rationi et objecto. Vid. *Constant loc cit. num* 55 *et seqq.*

(10) Ut de veriori tenet *Constant. ibid n.* 49 *et seq.*

THEORICA RIPAE

In leg. Ita Stipulatus num. 51. ff. de Verb. obligat.

RIPA a S. Nazario doctissimus J. C. *Papiensis* optime docuit, quod si Fidejussor solvere promittat sub conditione

si Debitor principalis non solverit cessat privilegium Excussionis et Ordinis a Jure Civili concessum. Hujusmodi enim obligatio est conditionalis, nempe si principalis non solvat, quae conditio solum expectanda est, ac verificanda, ut Fidejussor obstrictus remaneat absque ullo Exeussionis beneficio. (1)

Verificata autem dicitur conditio isthaec si principalis sit in mora solvendi quoties dies appositus est solutioni. (2) Et ubi quis est obligatus in certum eventum, certificato eventu cogi directe potest ad suam adimplendam obligationem. (3)

Quae quidem Theorica innixa est Juris Civilis dispositioni in *leg Fidejussor* 17. §. *ult. ff de Fidejussor* cujus haec sunt verba *Cum Fidejussor, hoc modo acceptus esset, si reus quadringenta quae ei credidi non solverit fide tua esse jubes? Verisimile est ut cum appellatus reus non solvisset, Fidejussor teneretur* Ex qua lege deducitur creditorem non posse cogi ut debitorem principalem in Judicio excutiat, sed sufficere quod debitor sit in mora solvendi vel per lapsum diei, vel per interpellationem extrajudicialem, ut ait Glossa

ibi *Appellatus reus vel in Judicio, vel extra* Et Bartolu in summa ibi *Fidejussoris obligatio concepta, si reus principalis non solverit, ex mora rei principalis, vel ex ejus morte committitur* Et Brunemannus in Comment ad hunc Textum *num.* 4, ibi *Demum notant ex § ult. Creditorem non cogi posse ut debitorem principalem interpellet de solutione, sed fidejussorem nihilominus obligatum manere.*

Quod aequidem absque ulla hesitatione admittendum est, ubi statuta extant reiicientia excussionis beneficium. (4) Et ubi inter mercatores disceptatur, inter quos de bono, et aequo procedendum est rejectis omnino Juris apicibus, cujusmodi est Excussionis exceptio. (5)

Sed in hac materia magistralis est distinctio inter obligationem conceptam „ *si debitor principalis non solverit* „ et obligationem conceptam „ *si debitor principalis solvere non potuerit* „ Quoad primam non requiritur excussio, maxime si tempus determinatum adjectum solutioni fuerit, quia tunc dies interpellat pro homine, et si fidejussor se liberare a solutione velit, curare debet, ut reus principalis statuto tempore solvat (6)

Quoad alteram verò obligationem requiri videtur excussio, maxime si statutum eam non reiiciat, cum priusquam ad fidejussorem deveniatur, verificari debeat per excussionem principalis debitoris impotentia. (7)

---

(1) Vid. *Caesar de Grass de fidejussor. decis.* 1 *per tot.*

(2) Idem. *dict. decis.* 1 et 2 *per tot.*

(3) *Ibid.*

(4) Plene *Hering de Fidejuss. cap.* 20 §. 15 *num* 15 ubi distinguit casum, in quo adsit statutum excussionem repellens, et casum in quo tale statutum non adsit, Et profecto Textus in *Leg. Fidejussor ff de fidejussoribus* antea ac est *Auth. Praesente Cod. de fidejuss.* quae beneficium excussionis indulsit; itaut statuta excussionem repellentia rem ad jus antiquum reducunt, quod non concedebat excussionis beneficium.

(5) Vid meam Consultationem in *Cortonen. praet. Excussionis in Causa. Paoloni*, e *Beccherucci* § *Che cessi* ubi DD referuntur. Vid Theoricam *Bartoli in Leg. si duo* 16 *ff. de Constitut. pecun.*

(6) *Hering. de Fidejuss. loc. cit.* bene *Rota Romana cor. Lancetta tom.* 4 *decis.* 835 *num.* 2.

(7) *Ead. decis. cor. Lancetta num.* 2 et *seq.*



THEORICA RIPAE

In Leg. 1. ff. de Privileg. Credit.

Ex hac Lege praelatio competit Creditori quando venditur res debitoris, idque praesertim obtinet si Creditor sit etiam Agnatus (1) Quinimo in licitatione etiam rerum debitoris Creditor in pari causa praefertur extraneis (2) At si Extranei offerant majus pretium eo, quod res valet, Creditor vero, vel Agnatus justum pretium dare vellet, docet *Ripa* quem sequitur *Posth. de Subhast. Inspect.* 36. *num.* 59. *et seq.* quod judex praeferre debeat Extraneos. (3)

Ad hoc igitur, ut Creditor, ve Agnatus praelationem obtineat sibi a Lege concessam omnes aequare debet conditiones, quae ab Extraneis oblatae fuerunt, dummodo de fraude, et collusione non constet (4) Necesse est etiam quod Creditor offerat antequam emptio

venditio confecta sit, nam si offerre velit post venditionem jam confectam, et absolutam audiendus non est. (5)

Verum si agatur de rebus Pupilli debitoris, vel alterius privilegiatae personae, et novus Licitator non modo sit Creditor, sed etiam Agnatus Debitoris habeatque in rebus subhastatis condominium, tunc non obstante *liberatione*, imo non obstante celebratione Instrumenti venditionis, procedi recte potest ad novam licitationem, si eo inaudito, et dissentiente facta fuerit subhastatio (6) In subhastationibus namque rerum, quae spectant ad privilegiatas personas, uti sunt Pupilli, Minores, Fiscus, Ecclesia, Opera Pia, datur semper locus novae oblationi quoties ea superveniat intra viginti dierum spatium, et major sit vigesima parte pretii. Quin etiam admittenda est nova oblatio etiam post viginti dies, quoties multo pinguior, et utilior sit vigesima pretii parte, quum hocce in casu succurratur praedictis privilegiatis personis ope restitutionis in integrum, ne laesionem sentiant, quae contractum etiam absolutum, et perfectum infringere valet. (7)

At per secundam majorem oblationem

minime excluditur, ac liberatur primus oblator, sed salvum ei remanet jus ex prima licitatione quaesitum, ideoque si ipse suam licitationem augere velit, offerendo idem pretium, quod secundus obtulit licitator, praeferri meretur in acquisitione rei sub hasta positae. (8)

Quoties autem licitatio, atque deliberatio facta fuit pro pretio laesivo, ea minime attenditur, daturque locus novae oblationi si alter plus obtulerit; quod etiam procedit post secundam licitationem, maxime si ea facta fuerit super pretio primae subhastationis, illudque auctum ab emptore non fuit. (9)

Sed de hoc re plura diximus in *Observat ad Curiam Florent. Obs.* 111 *et* 118 *part.* 1. ubi adnotavimus quibus Personis non obstante Lege nostra anni 1778 *Retractum* tollente, debeatur praelatio in acquisitione rei venditae; quae quidem praelatio ab eadem Lege nostra expresse reservata fuit ad normam Juris Civilis Romani, Creditori tantum, et Consanguineo in alienatione bonorum Debitoris, et Consanguinei, utquo Fideicommissario in alienatione bonorum fideicommissi, non autem Con-

socio, Usufructuario, Emphyteutae, vel Condomino. (10)

(1) *Faber in Cod. lib. 8 tit. 16 defin. 14 prop. fin.* Gratian. *Discept. forens. cap.* 978 *num.* 13 *et seqq. Corradin. de Jur. Praelat. quaest.* 69 *n.* 1 *Sanfelic decis.* 122 *num.* 19 *et seqq.*

(2) *Mangil. de subhast. quaest.* 60 *et* 64 *n.* 1 *Posth. eod tract. Inspect.* 36 *n.* 50 *et seqq. Corradin. loc. cit. num.* 3 ubi dicit, quod contra videtur sentire *Bartol in d. Leg.* 1 *ff. de privileg credit prope fin.*

(3) *Posth. de subhast. dict. Inspect.* 36 *n.* 59 *et seq. Corradin loc. cit num.* 12.

(4) *Corradin. ibid num* 11 qui plures DD. refert, quique dicit quod praelatio, de qua Textus in *dict. Leg.* 1 intelligitur quando bona debitoris venduntur a Judice ad instantiam Creditorum, data cuilibet offerendi facultate, aut quando non invenitur emptor, qui iusto pretio bona debitoris emere velit, non autem quando idem debitor emptorem elegit, et vendit rem suam extraneo sine fraude, et collusione

(5) *Id Corradin loc. cit num.* 14

(6) *Burgi S. Sepulchri Praelationis* 16 *jun.* 1779 *cor. Aud Ulivelli*, ubi respondetur auctoritati *Corradini in quaest.* 39 *num.* 15 *et seq et Capyciі Latr. Consult* 28 *n* 69 *et seqq.* Vid. *Posth. de subhast Inspect* 35 *num.* 14 *et seqq* ubi quod in subhastatione rerum debitoris facta ad instantiam Creditorum admittitur nova obla-

tio etiam extincta candela, et contractu perfecto, *Sabell in summ.* § *Oblatio.*

(7) *Cortonen. Auctionum* 17 *jul.* 1781 § 4 e 5 *et per tot cor Aud Raffaelli*

(8) *Florent praet* Retractus 27 *aug* 1734 *circ. fin. cor Adv Mercati Neroni in Thes Ombr. tom* 2 *dec* 33 *d. Cortonen Auctionum cor. Raffaelli* § *ult.*

(9) *Liburnen. novae oblationis* 10 *aug.* 1799 *per tot cor Aud Raffaelli*, ubi dicitur, quod excipi solum possent merces in Locis Mercantilibus subhastatae, Et quod casus novae oblationis, seu Addictionis in diem nil habet commune cum casu subhastationis, liberationis, et approbationis perperam, et indebite factae.

(10) Vid *d Burgi S. Sepulchri Praelationis cor. Uliv·lli*, ubi videtur ponderata etiam qualitas condominii pro obtinenda praelatione. *Ibid* § *Quo vero* Et profecto aequum non videtur nec conveniens, ut inscio, et dissentiente condomino res communis in extraneum transferatur. Et ita audio resolutam fuisse in quadam Causa Castroni anno 1790 ut adnotavi in *meis. Observat. Observ.* 111 *in Not.*



THEORICA SALYCETI

In leg. penult. Cod commun. divid.

Tradit in hac lege *Salycetus* quod inaequalitas Divisionis praesumi debet illico et in instanti compensata aut in mobilibus, aut in pecunia. (1) Quod tamen intelligendum est si inaequalitas levis sit, non autem gravis, quia tunc in dubio potius non existentia divisionis, quam ejus iniquitas praesumenda foret (2) At si de veritate Divisionis vel per scripturam, vel per indicia constaret, et post eam longum elapsum fuerit temporis spatium, decem nempe annorum inter praesentes, et viginti inter absentes, tunc quamvis magna inaequalitas appareret, praesumendum esset factam fuisse ab initio divisionem aequalem, et ejus posteriorem inaequalitatem fuisse vel in mobilibus, vel in

pecunia compensatam (3) Quinimo si unus ex fratribus, vel sociis in longa reperiatur, ac pacifica possessione maximae honorum partis, censetur inter eos tacite inita conventio, quod unus bona possideat, et alter annuam pensitationem stipulatus sit, prout nonnulli boni fratres practicare solent, nimium forte studentes honori, propriaeque domus conservationi, et opulentiae (4) Quoties enim diuturna apparest inter fratres possessio, et habitationis separatio, tunc antiquitati temporis plurimum est tribuendum, omnia rite recteque fuisse gesta praesumendum est (5). Ad veterem namque divisionem vel rescindendam, vel reformandam necesse est ita probare ejus errorem, et injustitiam, ut omnis excludatur coaequationis possibilitas (6), praesertim si divisio facta fuerit mediante publico Instrumento, pro quo militat justitiae, ac veritatis praesumptio. (7)

Nec cuilibet exdividentibus reclamare permissum est contra factam divisionem sub praetextu quod in parte ei obventa desit productio fructuum in divisionibus calculata, quoties hujusmodi fructuum deficientia probari nequeat

stante defectu, vel amissione Librorum, et Rationum quae in divisionibus adhibitae fuerunt, maxime si longum elapsum sit temporis spatium (8) sed de hac re plura dixi in meo Opusculo „ *Della Divisione dei Beni dei Contadini ed altre simili persone* §. XXIII.

---

(1) *Michalor. de Fratrib. part* 3 *cap* 42 *n* 16 *Vela dissert. jur.* 48 *n.* 32 *Rot nostr in Thes. Ombr. tom.* 1 *dec.* 26 *n.* 24 ubi de divisione ex praesumptionibus deducta

(2) Ut *post Bald et Castrens. in Leg. penult. Cod Commun. divid,* docet *Menoch de Praesumption lib* 3 *praesumpt.* 60 *num* 1 *Thesaur decis. Pedemont.* 295 *n* 3.

(3) *Menoch d. praesumpt.* 60 *num.* 7 *Petrus Sanz de divis. bonor lib* 1 *cap.* 12 *n.* 3 *Thesaur d decis. loc. cit.*

(4) *Thes cad decis. in fin.*

(5) Rot. nostr. in *Thes Ombros dec.* 36 *n.* 24 *tom.* 1. ubi quod post lapsum longi temporis non licet dividentibus dicere divisionem fuisse inaequalem, et injustam

(6) *Mattis Lupi praetensae erroneae divisionis* 29 *maii* 1786 §. 10 *et seqq cor. Aud. Hararo Fenzi.*

(7) Ead. *Decis.* §. 16 ubi agitur de divisione patrimonii communis

(8) *Florent Divisionis et praetensae Laesionis* 13 *jun.* 1771 *per tot. cor Aud. Josepho Bissar-*

rini rel. ubi de cursu triginta annorum post factam divisionem

Quandonam Dividens petere, non possit consequutionem divisionis ex eo quod ei fuerint assignata bona aliquo vinculo obstricta, alii autem bona libera? *Vid Florent Divisionis* 3o *decemb.* 1662 *cor. Aud Bartholomaeo Cordella*, ubi quod stante Scientia bonorum denegata fuit coacquatio quamvis divisio acceptata fuerit cum Clausula „ *sine praejudicio:* „



THEORICA SALYCETI

In leg. final. Cod. ad. S. C. Macedon.

Acceptatio Literae Cambii importat obligationem puram, simplicem, et absolutam solvendi, ut ajunt, *Tractam*; ac propterea si acceptans promiserit ad certam diem solvere summam in litera contentam, ad eam solvendam obstringi

potest, etiamsi scribens interim decoctus evaserit (1)

Contra hanc *Salyceti* theoricam extat altera *Fabii de Anna* in suo *cons.* 82 *num.* 21, cujus fundamenta sunt I. Quia *Tracta* nulla est, nam decoctio, quae adfuisse praesumitur tempore quo *tracta* facta fuit, est mors civilis, quae mandatum exp:rare facit II. Quia stante scr bentis seu Trahentis decoctione acceptatio *tractae* facta censetur (cum falso supposito sese reintegrandi, ac propterea deficit consensus III. Quia distantia Trahentis a Tractario inducit aequalitatem, quod sicuti Tractarius, si praesens fuisset, non acceptasset literam seu *tractam*, ideo cum non obliget acceptatio ipsius literae facta absque ulla notitia decoctionis scribentis, seu Trahentis IV. Quia decoctio, seu mors civilis Trahentis impedit illam consensus unionem, quae in literis cambialibus locum h[illegible] inter Trahentem, et Tractarium [illegible]

In nostr[illegible]ibus haec secunda opinio commun[illegible]st, ac magis recepta, cum in Itali[illegible] x removeat literarum acceptatio si ante solutionis termi-

num Trahens vel decoctus erat, vel decoctioni proximus. (3)

Sed si facta sit acceptatio literarum Cambii solvibilium *ad usum*, et post finitum usum literae solutae non sint, evitari deinde non potest earumdem solutio allegando decoctionem illius ad cujus ordinem literae solvendae erant, quia cum decotio post acceptationem acciderit, exclusa remanet quaecumque alia decoctio acceptationem praecedens. (4)

Quoties vero a scribente, seu Trahente data fuit litera Cambii, ut ea daretur in solutum creditori accipientis, non potest scribens, ob sequutam accipientis decoctionem, ipsam literam, seu *tractam* revocare in praejudicium creditoris, cui fuerat jus quaesitum. (5)

Ad removendas igitur hasce, aliasve hujus generis controversias, oportet ut accipiens, et giratarius literarum cambii soliciti sint in procuranda earum acceptatione, ac solutione; si enim Giratarius negligens fuerit, ei nocet negligentia, seu mora ob decootionem illius, qui literam seu tractam solvere debebat nisi mora obvenerit ex aliquo casu fortuito atque inopinato. (6)

---

(1) Plene *Franch. Decis. Neapolit.* 303 *per tot et in Addit. et Motivum Adv. Francisci Fabrini in Florent Acceptationis Literarum Cambii 30 sept 1752. Art I.*

(2) Idem *Motiv Adv Fabrini loc. cit* Statutum *Florentinum* nullos declarans Actus gestos inter decem dies ante decoctionem comprehendit Literas Cambii a die quo scriptae fuerunt. *Rot. nost. in Thes. Ombr. tom. 8 dec. 32 num. 23*

(3) *Florent. seu Lugdunen Literarum Cambii* 17 *sept.* 1780 *cor. Aud Vernaccini rel.* Quandonam ille, qui debitor erat scribentis non posset recusare solutionem Literae Cambii Giratario, qui Creditor erat scribentis, non obstante quod mandatum non fuerit a debitore scribentis acceptatum, et paulo post factam giram scribens decoctus evaserit? Vid. *Florent. Giratae* 13 *febr.* 1698 *per tot. cor. Audd. Belluzzi, Venturini, et De Marinis*, ubi cum distinctione casuum quaestio dirimitur.

Eo ipso quo quis est Creditor potest consequi Literas absque eo quod teneatur conferre ad beneficium Creditorum, *Thes. Ombr. tom. 4 decis. 15 num.* 13

(4) *Florent Literarum Cambii* 28 *sept.* 1750 *per tot cor Canc Montordi*

(5) *Liburnen. Literarum Cambii* 28 *jun.* 1686 *cor. Aud Cavalcanti* confirmata *a trib Rot Audd. die* 13 *febr.* 1698 Quod procedit etiamsi accipiens seu Girans non solvisset *la valuta*, dummodo habuerit a scribente dilationem ad solvendum ac etiamsi litera non fuerit a *corresponsali* acceptata. *Ibid.*

P.V. 4

(6) *Florent Literarum Cambii* 28 *martii* 1808 *per tot cor. Aud Alberti* Itemque procedit si mora commissa fuerit a Mandatario, seu *Commissionato* Giratarii *Ibid* Et si Litera praesentari non possit illi, qui eam solvere tenetur sufficit quod praesentetur Notario, quae praesentatio efficit, ut praesentata deinde Trac ario, et ab eo acceptata, retrotrahatur acceptatio ad diem praesentationis Notario factae *Ibid* § 32 *et seq.*



THEORICA SALYCETI

In. leg. licet in fin. Cod. locati.

Pulchra est haec *Salyceti* Theorica, quod nempe si conductor recepit in se casum tempestatis, intelligitur de tempestate, quae sterilitatem inducat, ut aliquid ultra Jus comune operetur, Si vero locator eumdem tempestatis casum assumpserit, intelligitur non solum de sterilitate, sed de exiguitate fructuum. (1)

Sed ad evitandas super hac re con-

tentiones, advertant locatores, conductoresque clare pacisci quosnam tempestatis, aut sterilitatis eventus in se suscipere velint. Et ad hunc salutare effectum maxime conducit methodus illa detrahendi in locatione perpetua, vel ad longum tempus *sextam* partem redituum in compensationem sterilitatis, quam pati possunt bona locata; cujus detractionis ratio ea est, quia in Emphyteusi, ac locatione perpetua non fit remissio pensionis propter sterilitatem, aliaque damna, ac pericula conductari obventura. (2) Multoque minus locus est reductioni pensionis, seu canonis, si conductor renunciaverit *A qualunque caso, o accidente fortuito, tanto pensato, che impensato, e non solito ad accadere.* (3)

Sed de hac re plura dixi in meo Opusculo *Dei livelli di Manomorta, ejusque Additamentis sect. X.*

---

(1) Vid. *Caroc. de Locat. et Conduct. part. 4. quaest.* 8 *num.* 136.

(2) *Pacion. de locat. Cap.* 14. §. 12. *num.* 24 Rot. Rom. Decis. 722. num. 6 *et seq et dec.* 723. *num.* 3 *part.* I. *Divers Pisana Bonorum.*

super pretii liquidatione 3 *April.* 1778 §. 10; *et sej cor Aud Raffaeli* ubi agitur de methodo detrahendi hanc *sextam livellariam.*

(3) *Florent seu Collen. praetensae Reductionis Canonis* 10 *Febr* 1790 §. *Ingegnoso raziocinio cor. Aud. Bargigli Sarchi.*



THEORICA SALYCETI

In Leg. final. num. 13, *Cod. de Jur. Emphyt.*

JUxta notissimam Juris Civilis dispositionem Emyhvtenta cadit a jure suo si alienet emphyteusim Domino non requisito, an velit, necne praeferri pro pretio, quod extraneus obtulit emphyteutae alienanti. Sed quid si Emphyteuta denunciet Domino alienationem, sed falso asserat se invenisse majorem pretii quantitatem, quam revera invenit? Hocce etiam in casu *Salycetus*, aliique docuerunt quod Emyhyteuta cadu-

cîtatem incurrit, nam perinde est ac si Domino alienationem non denunciaverit (1) Quoties igitur contrahentes majus pretium finxerunt ut Dominus ex pretii magnitudine deterritus acquisitionem respuat, et laudemium accipiat, si postea fraus detegitur, potest Dominus vel agere ad caducitatem, vel redire ad praelationem laudemio restituto. (2)

Idem dicendum si probetur emphyteusim esse venditam viliori pretio quam revera vendita sit, ut Dominus minus laudemium consequatur. (3) Fraus autem, ac dolus a Domino probandus est, ad quem effectum potest cogere novum, vel antiquum Emphyteutam, implorato Judicis officio, ad exhibendum Emptionis instrumentum (4)

Non licet tamen Domino, ut ego opinor, nimis severe ponderare pretium a Contrahentibus conventum, remque emphyteuticam rite alienatam novo subiicere Peritorum judicio quoties omnis absit fraudis suspicio utpote quia Emphyteusis vendita sit pro pretio ab honestis Peritis constituto, vel occasione judicialis licitationis oblato. Tunc enim Dominus accipere debet laudemium super pretio factae alienationis, quod con-

sistit, juxta taxam a Jure communi praescriptam, in quinquagesima ejusdem pretii parte.

Quae quidem omnia apud nos praesertim admittenda sunt, quum leges habeamus respicientes bona emphyteutica Ecclesiarum, aliorumque Piorum locorum quae facultatem Emphyteutae concedunt libere disponendi de iisdem bonis absque necessitate praeferendi Dominum directum, cui prohibita est consolidatio utilis cum directo dominio, sive, ut inquiunt *Ammensatio* Si enim liceret Domino absque ulla fraudis demonstratione, vel saltem absque magna laesionis suspicione, novam postulare aestimationem rei emphyteuticae jam alienatae; pro augendo ad sui favorem laudemio, nimis impediretur praedicta disponendi libertas a legibus nostris concessa, ac nimis turbarentur juris emphyteutici alienationes jam rite recteque peractae. (5)

---

(1) *Corbul. de caus. privationis ob alienat. ampliat.* 20 ubi plures concordantes,

(2) *Tiraquell. de Retract. lign.* § 4 *gloss.* a *in fin. Burg. de laudem. inspect.* 10 *num.* 7. *Fulgin de jur. Emphyt quaest.* 1 *de Alienat. sub num.* 34[1]

(3) *Burg. d. Inspect num.* 5. *Fulgin. loc cit.*
(4) *Amad. de laudem quaest.* 44 *in princ, quem sequitur Burg. cit. Inspect in fin Fulgin. loc cit* ubi etiam dicit, quod emphyteuta non potest post venditionem factam pretium minuere vel augere in praejudicium Domini vel ut minus laudamium consequatur, vel ut majus pretium solvat, si ipse vult emere.
(5) Pendet hoc anno 1807. in *Rota* nostra apud *Aud. Fini* quaedam Causa *Taccini, e Marinai* in qua Plebanus Dominus directus praetendit novam instituere aestimationem fundi emphyteutici alienati pro majore consequenda laudemii quantitate, et a Potestate Regio *Larensi* favorabilem sententiam obtinuit.



THEORICA SALYCETI

In Auth. cassa, et irrita Cod. de Sacros. Eccles. Quaest. 9. *num.* 7.

Testamentum minus solemne conditum ad favorem Causae Piae, substinetur, ut aliqui sentiunt, quoad institutionem, non quoad legata extraneis relicta. (1)

At contraria *Salyceti* sententia verior est, ac in Foro magis recepta, ea potissimum ratione, quia si valet institutio piae causae, quae est caput testamenti, substineri etiam debent omnes partes illius, et sic etiam legata prophana sive Extraneis relicta. Repugnat quoque, quod ea testatoris voluntas, quam ipsa Ecclesia, vel causa pia dicit pro se perfectam, et validam, debeat in aliorum exclusionem judicari irrita, et invalida. (2) Et haec Theorica locum etiam habet in testamento minus solemni revocatorio alterius praecedentis cum omnibus solemnitatibus conditi. (3)

Verum ad majorem hujus Theoricae intelligentiam distinguendum est. Aut in Testamento minus solemni Haeres est causa Pia, legatarii autem causa prophana, et tunc legata debentur, quia non est aequum quod causa Pia dicat testamentum validum quoad se, et invalidum quoad legatarios. eisque adimat legata contra Testatoris volantatem; Aut Haeres est causa Prophana, sive laicalis, et causa Pia est legataria, et tunc testamentum substinetur tantum quoad legata pia, et reliquum haereditatis debetur Haeredibus ab intestato venientibus. (4)

Sed quid dicendum de testamento minus solemni a Patre inter liberos condito? In hoc relicta extraneis personis non debentur, ac propterea magis operatur pro extraneis Testamentum ad favorem Piae causae factum. (5) At si testamentum inter liberos confectum fuerit coram duobus testibus et a testatore scriptum sit, vel subscriptum, tenet etiam quoad personas extraneas, praesertim si Filii vel mediante alicujus legati solutione, vel alio modo testamentum adprobarunt (6)

(1) *Castrens. cons.* 98 *num.* 1 *cons.* 97 *n.* 2 *lib* 2 *Clar in* § *Testamentum quaest:* 6 *in fin.* *Gratian Discept. forens. cap.* 605 *n* 23 *tom* 4.

(2) *Gratian dict. Discept. n.* 24 *et seq. De Luc de Testam disc* 12 *num.* 4 *et reqq.*

(3) *De Luc. ibid.* Rot Rom. *in Anconitana Legati pii* 30 *junii* 1741 *cor Bussio confirmata die* 8 *julii* 1742 *cor Molino.*

(4) Ita distinguit idem *Card de Luc de Testam. disc.* 17 *n.* 5 *et disc* 19 *n.* 12 *et seqq*

(5) *Tiraquell de privil Causae piae priv.* 2 *et* 80 *Gratian. loc cit. n* 27.

(6) *Rot Rom. cor Merlin decis.* 806 *et dec.* 862 *per tot.* Circa quaestionem, an relictum invalidum quoad extraneos accrescere debeat haeredi scripto vel potius venientibus ab intestato, vid *Gratian dict cap* 605 *num* 32 *et* 33 qui stat pro haerede, et *De Luc. de Testam d disc.* 12 *num.* 5 qui stat pro venientibus ab intestato.



THEORICA TORNIELLI

In leg Gallus 19. § *Quidam num.* 14. *ff. de Liber. et Posth.*

IN ea quaestione, utrum vocatio Patris, et Filiorum censeatur facta ordine *simultaneo* vel *successivo* Jurisperiti hac utuntur distinctione. Ubi inter Testatorem et vocatos non solum charitatis, et affectionis, sed etiam ordo necessitatis concurrit, quae tantum in Ascendentibus verificatur, tunc Filii, quamvis per verbum copulativum *Et* censeatur una cum Patre haeredes instituti, censeri tamen debent non simultanee, sed ordine potius successivo cum Patre vocati, itaut primo loco solus tantum Pater, eo vero non adeunte Filii *per vulgarem* invitati intelligantur. (1) Ubi vero hujusmodi necessitatis ordo minime concurrat, sed ratio tantum adsit vel naturalis affectionis, vel charitatis, tunc Pa-

tris, et Filiorum vocatio per copulativam dictionem *Et* concepta id operatur ut omnes *simultanee* invitati censeantur (2) Praesertim si conjecturae, tac praesumptiones accedant simultaneam vocationem inducentes, cujusmodi essent si aequale onus tam Patri, quam Filiis testator imposuerit, vel eos declaraverit aequaliter ab haereditate exclusos in casu inobservantiae suae voluntatis. (3)

At Hieronymus *Torniellus* in memorata *Leg. Gallus ff. de lib. et Posth.* regulam constituit, quod si Filii una cum Patre fuerint haeredes instituti intuitu, et contemplatione ipsius Patris, tunc non debent *simultanee* cum Patre succedere, sed ordine duntaxat *successivo.* eam ob rationem quia capi debet interpretatio, ut minus quam fieri possit prejudicetur Patri, cum propter ejus commodum, et favorem adjectio filiorum facta sit; et quod ejus favore scriptum est, non debet in ejus detrimentum converti. (4)

Cui tamen *Tornielli* sententiae adversari videtur animadversio, quod si Filii fuerunt intuitu, et contemplatione Patris haeredes instituti, in totum Patri haereditas acquisita censetur, itaut nec

momento quidem temporis apud filios resideat, quia quod ex Patris occasione profectum est, intelligitur esse peculium profectitium in dominio Patris existens quando Filii sub ejus potestate constituti sunt (5)

---

(1) *Leg Conjunctionem* 29 *ff de verb signific. Bellon de jur Accresc lib* 1 *cap* 5 *quaest* 26 *num* 207 *et plur seqq Menoch de Praesumpt lib* 4 *praesumpt.* 70 *num* 33 *et seqq Rot Rom. cor Bich dec* 274 *n.* 16.

(2) *Ad Text in Leg. Gallus § Quidam ibique Gloss. ff.* de *Lib et Posth Altograd cons.* 66 *n* 24 *lib* 1 *Bellon d cap* 5 *quaest* 26 *num.* 285 *et seqq. Rot in Romana Divisionis* 27 *novembr.* 1756 § 4 *cor Matthaejo.*

(3) Ead *Romana Divisionis cor Matthaejo* §. 5 *et* 6.

(4) *Peregrin de Fideicomm art* 17 *num* 28 *Menoch de Praesumpt lib.* 4 *praesumpt.* 70 *n.* 5 *Bellon loc cit num* 271 *Rot. Rom in Recent decis* 574 *num.* 6 *part.* 4 *tom* 3 *et in cit. Romana Divisionis cor. Matthaejo* §. 10.

(5) Vid *Mantic de Conjectur ult volunt. lib.* 4 *tit.* 9 *num* 24 *et seqq* ubi *Tornielli* opinionem examinat, eamque declarat, et limitat, quod etiam facit *Bellon. de jur. Accrescend. d. cap* 5 *quaest.* 26 *a n.* 207 *ad* 260 *et a n.* 273 *ad* 281.



THEORICA VALASCI

De Jur. Emphyt. quaest. 25 *n.* 19.

Putavit *Valascus* percelebris J. C. *Lusitanus* quod non obstante pacto in Contractu Emphyteusis stipulato, quod finita concessione bona ad Dominum directum devolvantur cum omnibus melioramentis magnae etiam quantitatis, ac valoris, teneatur ipse Dominus pretium melioramentorum Emphytentae, vel ejus Haeredi refundere. (1)

Huic *Valasci* sententiae adversatur altera longe majori DD. numero fulcita, quod omnia, et quaecumque melioramenta, cujuscumque valoris ea sint, ad Dominum directum libere spectent absque ulla pretii refusione (2).

Sed hujusmodi inter se adversantes opiniones conciliari hoc modo possunt, quod nempe prima locum sibi vindicet

in Emphytensi *impropria*, scilicet concessa pro canone fructibus rei, vel paullo minus respondente, quae verae locationi acquiparatur, et in qua omnis capienda est interpretatio ne conductor dicatur voluisse per donationem jactare suum neque Dominus directus injusto locupletari cum alterius jactura (3) Secunda autem opinio procedat in Emphyteusi *propria*, quae pro modico canone conceditur, et in qua pactum devolutionis melioramentorum considerari potest pro parte pretii, itaut Dominus directus absque tali pacto nunquam bona in emphyteusim concessisset. (4)

Haec tamen praesumpta conventio eo tantum casu procedere potest, quo Emphyteuta usque ab initio Contractus melioramenta facere promisisset, secus in casu simplicis pacti quod meliorationes finita emphyteusi devoluta censerentur ad dominum directum, nam sicuti in vim hujus simplicis pacti non cogitur Emphyteuta meliorationes facere magni valoris, sed in ejus arbitrio residet meliorare, et non meliorare, ideo meliorationes a mero Emphyteutae arbitrio dependentes considerari non possunt pro parte

pretii in emphyteutica concessione conventi. (5)

Advertendum autem est quod existente pacto reversionis melioramentorum ad Dominum directum post finitam emphyteusim, illius Jus tamquam anterius praevalet juri cujuscumque alterius creditoris; Quod tamen intelligendum est, si agatur de melioramentis in certa quantitate conventis, tunc enim creditores meliorantis nullum jus, nullamque actionem hypothecariam habere possunt super iisdem melioramentis, si conventam quantitatem non excedant; secus vero si illam excedant, nam super excessu creditoribus hypotheca competit dummodo, ut nonnulli sentiunt Emphyteusis ad dominum directum adhuc devoluta non sit. (6) Sed de hac melioramentorum materia plura dixi in meo Opusculo *Dei livelli di Manomorta* in ejusque Additamentis *sezione. XII.*

---

(5) *Valascum* sequitur *Gald. Pereira de Empt. et Vend cap* 27 *num* 21.

(6) *Fulgin. de Emphyt tit. de var. Caducit. quaest.* 1 *n.* 28 *Gratian. discept. for. cap* 934

n. 13 *ibiq* *De Luc Rocca disput. cap* 65 *num.* 34 *et seqq.*

(3) *Florent Melioramentorum* 22 *aug.* 1719 §. *Duas profecto, et seq cor. Aud. Casaregi.* Vid. *decis.* 31 *tom.* 12 *Thes Ombr.* ubi quod nullum est pactum amissionis melioramentorum etiam modicorum adiectum Locationi ad breve tempus ubi conductor per biennium defecit in solutione pensionis.

(4) Ead. *Florent Melioramentorum loc. cit.* Pactum reversionis omnium melioramentorum ad Dominum directum in Emphyteusi ad Lineam masculinam importat tertiam partem pretii meliorامentorum, *Bonfin de Jur fideicomm disp.* 166 *et* 169 *per tot* Vid *Florent praet Lesionis* 29 *sept* 1757 § *Di piu cor. Aud Brichieri, Colombi*; Et distinguendum est inter Emphyteusim *ad lineam finitam*, et inter Emphyteusim *ad tertiam generationem*.

(5) Ut distinguendo docent *Cald. Peretr. de Empt. et Vend cap* 27 *n.* 22 *Rot. Lucens. dec. antiq.* 22 § *Negatur*, et d. *Florent. Melioramentorum cor. Casaregi* § *Ratio anim.*

(6) *Florent. Hypothecae super melioramentis* 7 *sept.* 1731 *per tot cor. Aud. Joanne Quaratesi.*

FINIS.



INDEX THEORICARUM



Theorica *Angeli in leg. sCab Arbitrio* 10 § *Qui ex causa ff Qui satisd. cog.* Non potest iurari de *fuga suspectus*, nec *molestari Mandato personali* Debitor, qui non deterioravit primaevam suas conditionem, ubi etiam de sequestro. I. 33.

Theorica *Angeli in leg. Quandiu ff. de acquir. heredit* Excludit in aliquibus casibus subingressionem subsequentis gradus in locum gradus caducati. I. 209.

Theorica *Angeli in leg. si jurem num.* 8 *ff. de reivindic.* distinguit, quis in quaestione mutationum, vel amotiorum terminorum teneatur illos certificare? III. 16.

Theorica *Angeli in leg. 2 num.* 7 *cod. de rescind vendit* praescribit regulas probandi melioramenta. III. 20.

Theorica, seu *Cautela Aquilii Galli in leg.* 29 *ff de lib. et Posth.* praeservat a nullitate testamentum Avi quoties Nepos Posthumus exi-stat. I. 41.

Theorica *Arretini in leg. Titia* 134 *ff. de verb. oblig.* Ponit regulam pro distinguendo *Modum a Conditione.* I. 47.

Theorica *Arretini de Testam gloss.* 29 *num.* 7 et 8 Quod tacita Legis conditio suffragetur foeminis non obstante, quod conditio hominis sit restricta ad Masculos. I. 51.

Theorica *Arretini in leg. placet num.* 4 *ff. de acquir. haered.* de donatione a Patre facta filio pro ejus legitima. III. 22.

Theorica *Azonis in Summ. Cod. de Legit. haered. et in Auth. Cessante Cod. eod.* Quod Filii duorum Fratrum succedant Patruo in Capita, et non in Stirpes. I. 55

Teorica *Baldi in leg. Cunctos populos n 57 et 58 Cod. de Summ Trinit.* Agit de Inhabilitate Statutaria, distinguendo, quod Statutum potest tripliciter disponere, Primo inhabilem habilitando Secundo habilem inhabilitando Tertio habilitando servata certa forma, et ea cessante inhabilitando I 59

Theorica *Baldi in leg. Quidam testamento 99 ff de legat.* 1 Falsa, seu vitiosa demonstratio Dispositionem non vitiat, Et consumpta pecunia, de qua voluit Testator legatum praestari, non extinguitur Legatum Quantitatis in genere relictae I. 63.

Theorica *Baldi cons 28 col 2 lib 3* Regulas suppeditat pro recta verborum interpretatione. I 68

Theorica *Baldi in leg Voluntatis 7 n 9 et 10 Cod de Fideicommiss* Actio, ubi respicit facultates Defuncti, haeres ob non factum inventarium non tenetar ultra vires haereditatis. I. 72

Theorica *Baldi in leg final, n 31 Cod de Haered instit* Haereditas tertiae personae ad differentiam rei legatae relinqui non potest, ubi etiam de recta Legatorum interpretatione I 76

Teorica *Baldi in leg si quis argentum 35 sub num 6 Cod de Donat* Quod promittens annum fructum liberatur assignando arbitrio boni viri tot bona illum annuum fructum producentia I 79

Theorica *Baldi in leg In successione 1 sub n. 4 Cod de legit haered* Quod tot debeant esse Dotes, quot sunt haereditates, a quibus foeminae per Statutum excluduntur I. 83.

Theorica *baldi in leg. si praesens* 17 *Cod. de Donat* An falsa Bonorum in libris Estimi descriptio describentem afficiat, ac propterea Bona per Matrem in Estimo filiorum posita, ad hoc ut uxores ditiores invenirent, censeantur vel donata Filiis, vel obligata pro restitutione dotium? I. 87.

Theorica *Baldi in leg.* 1 *in fin. Cod. Per quas person. nob acq. et in Auth. Si quas ruinas num.* 9 *et* 10 *Cod. de Sacros. Eccles.* An, et quando primus acquirens possit de Emphyteusi disponere in praejudicium Vocatorum? I. 91

Theorica *Baldi in leg. si constat* 4 *num.* 2 *Cod. de Compensat.* Quod ipso jure fiat compensatio ad impediendum usurarum cursum, licet solutum non sit adhuc liquidum I. 95

Theorica *Baldi in leg. Asse toto* 77 *ff. de Hoered. instit.* Agit de Testamento facto per relationem ad Schedulam I. 189

Theorica *Baldi in leg. Male agit. Cod. de Proescript. 30 vel 40 ann.* Quid requiratur, ut Locatio dici possit perpetua? I. 172

Theorica *Baldi in leg.* 1 *ff. de reb. credit. et jure jurand. n.* 5 statuit, quod in causis damni dati admittatur juramentum ac admittatur ad probandam possessionem, et dominium? III. 25

Theorica *Baldi in leg. omnes Peregrini Cod. commun. de success.* de actione redhibitoria. III. 18

Theorica *Baldi in leg. final. Cod. si advers. credit. et in leg.* 1 *cod. commun. de legat.* an' Instrumenta *Quarantigiata* possint demandari executioni contra debitorem, et contra tertium. III. 31.

Theorica *Baldi in leg Si pro ea quaest. 6 Cod mandati* Statuit, quod fidejussor, et si adhuc non solverit, sed proximo sit condemnandus, agere potest contra principalem debitorem ad suam indemnitatem, vel relationem obtinendam, et enumerat alia jura fidejussori competentia III 35

Theorica *in leg Scimus 5 in computatione cod. de jur delib* expensae, sumptusque litis facti ab haerede gravato pro fidei commissi bonis, ac juribus defendendis repeti possunt ab ipso fidei commisso, quando in lite concurrat, vel causa necessaria, vel utilis III, 37

Theorica *Baldi in leg 2 num 7 cod locat.* Quod operario mercedem petienti non possit ea retardari sub pretextu operis non bene facti, quando operarius fuit conductus dietim, seu *a giornata* secus si conductus fuit ad mensuram, seu a *cottimo* III 40.

Theorica *Baldi in leg. ad probationem num 2 cod de probat* de probatione creditorum defuncti, et haeredis defuncti. III 42

Theorica *Baldi consil, 153 n 2 lib 5* versatur circa tacitam conditionis repetitionem de una ad alteram partem dispositionis III. 45

Theorica *Baldi in leg ubi adhuc n 21 cod, de jure dot* an uxor teneatur alere maritum ob maleficium *bannitum*, vel aliter in paupertatem redactum III 48

Theorica *Baldi in leg petam quod dotali 8 cod de collat et in cons* 407 n 4 lib 1 disputatur, an donatio a matre filio suo indigeat solemnitatibus a statuto requisitis in mulierum obligationibus. III 51.

Theorica *Baldi in leg. male agit cod. deprae script.* 30 *vel* 40 *annor.* statuit, si deficiente locationis instrumento, bona a conductore retineantur titulo *affectus perpetui*, vel conductionis ad breve *tempus* III 56.

Theorica *Baldi in leg. Sancimus* 21 *in princ. cod. de Testam.* Questio resolvitur, an haeres institutus in primo testamento, vel potius haeres ab intestato admittendus sit ad haereditatem, si deficiet in secundo testamento necessaria haeredis institutio III 59.

Theorica *Baldi in leg. Gallus* 29 § *si ejus num.* 5 *ff. de liber. et posth.* sub appellatione filiorum *legittimorum*, *et naturalium* juxta dictam theoricam, comprehenduntur etiam *legitimati* admittuntur distinctiones. III 62.

Theorica *Baldi in leg. qui se Patris* 3 *num.* 32 *reus aut renunciat. cod. unde liber.* Filij, tamquam haeredes Patris possunt consequi haereditatem abipso renunciatam III. 64.

Theorica *Baldi in leg. illud cod. de collat.* *et Bartoli in leg.* 1 § *nec castrense ff. eod.* an bona filio donata a Patre per actum irrevocabilem inter vivos imputentur in legitimam, et an imputentur bona donata, seu relicta per ultimam voluntatem? III 66.

Theorica *Baldi in leg. Proculus ff. de usufruct.* Legato usufructu cum onere non elevandi beneficium, vel non concedendi servitutem intelligitur etiam legata proprietas III. 70.

Theorica *Baldi in leg. final.* § *cum igitur num.* 8 *col. de jur. delib.* de modo conficiendi inventarium, statuitur in hac Theorica, quod aliquae omissiones in descriptione rerum non irritant inventarium III. 72.

Theorica *Baldi in leg. in quaestione n 6 cod. de leut pass* de restitutione in integrum, quae a judice conceditur, vel minoribus ob defectum aetatis, vel majoribus ob aliquam justam causam. III. 74.

Theorica *Bartoli in leg Cunctos populos cod. de Summ Trinit* Requirit, quod Statutum sit favorabile, & in personam directum, ut extendi possit ad bona extra territorium Statuentium posita. I 99

Theorica *Bartoli in leg. 2. Cod Quand. prov. non est neces et in Leg. 1 ff. Quae sent sine Appell rescind* Error in Sententia, vel in Actis quando eam nullam reddat? I 104

Theorica *Bartoli in leg 1 Cod de Pact* Quod mentio futurorum bonorum restringatur ad bona futura ex causa de praeterito, non autem extendatur ad bona futura ex causa de futuro, ac prorsus inopinata, et incognita. I. 108.

Theorica *Bartol in leg Qui Romae* 122 § *Duo fratres ff. de verb. oblig* Verba, utcumque generalia, non comprehendunt renunciationem juribus futuris I 11 .

Theorica *Bartol in leg.* 2 §. 1 *ff. de Opt leg.* Negat facultatem iterum eligendi, quoties consumpta est facultas pro una vice concessa. I 248 II 68.

Theorica *Bartoli in Leg. Quaeritur* 10 *ff de Stat. Hom* Quod in casibus mixtis attendatur. Qualitas potentior, ac praeponderans I. 115

Theorica *Bartoli in leg Singularia ff si cert petat.* In Contractibus non universalibus, sed specialibus Debitum ex una causa non converti-

mittitur ff. de Aq. pluv. arcend. Quoad renovationem Emphyteusis faciendam Consanguineis ultimi Emphyteutae. I. 173
Theorica, seu *Cautela Bartoli in leg. Qui fundum 35 n. 2 ff. Locati*, ne Conductor, vel inquilinus expelli possit a singulari successore Locatoris. I. 179
Theorica *Bartoli in leg. Aurelius 29 § Idem n. 2 ff. de Liberat. leg.* An qualitas adiecta dividi a confessione possit? Et quid in responsionibus ad Positiones. I. 183.
Theorica *Bartoli in leg. re coniuncti 87 ff. de legat.* 3 agit de coniunctione, vel disiunctione rei, quae resultat ex divisione intellectuali per Disponentem facta, et de jure Accrescendi, vel non decrescendi inter vocatos. I. 186
Theorica *Bartoli in leg. Si ita scripsero 38 ff. de Condit. et Demonstr.* Valida est forma testandi per relationem ad Schedulam. I. 189
Theorica *Bartoli in leg. Peto 71 ff. de Legat.* 2 Praescribit regulam, seu normam pro supplenda imperfecta fideicommittentis dispositione. I. 193
Theorica *Bartoli in leg. Post Dotem 41 n. 27 Cod. sol. matrim.* Quandonam Dos censeatur a Patre libere data Filiae? II. 39
Theorica *Bartoli in leg. Pater filium 36 § Fundum ff. de Legat.* 3 Si Testator verba proferat per modum rationis, ista ratio novam dispositionem inducere potest. I. 197
Theorica *Bartoli in leg. Is, qui § Ususfructus ff. de Pignor.* Sub quocumque, licet amplissima

alienationis prohibitione non comprehenditur commoditas percipiendi fructus I 199

Theorica *Bartol in leg Centurio* 15 *n* 10 *ff de vulg et Pup ll*, substit versatur circa substitutionem Compendiosam plures continentem substitutiones I 200

Theorica *Bartoli in leg Centurio* 15 *n* 10 *ff de vulg et Pup ll*, subst Quoties Pupillaris substitutio conjuncta fuit cum aliis substitutionum speciebus in electione substituti est, agere ex substitutione sibi utiliori. I. 204

Theorica *Bartoli in leg Quandiu* 68 *ff de acquir haered* Agit de substitutione vulgari Anomala sub compendiosa contenta, quae efficit ut peremto primo, vel ulteriori gradu substitutionum, intret subsequens gradus in eodem gradu perempto. I. 207

Theorica *Bartoli in leg Cum Avus* 101 *n* 4 *ff. de Condit et Demonstr* Si Testator posuit in conditione Filios masculos intelligitur voluisse tollere conditionem a dicta Leg Cum Avus, subintellectam favore foeminarum I. 51.

Theorica *Bartoli in leg Pater filium n* 14 *ff. de inoffic testam*. Agit de Legitima Matri debita in bonis Filiae, quae maritum haeredem instituit. I 236

Theorica *Bartoli in leg* 1 6 4 *ff. de litig* Questio agitur, an possint alienari res, quae litis subiectum officiunt III 78

Theorica *Bartoli in leg meminerint num* 6 *cod.* vaderi statim regulam, quod in executione sententiae pars citari debet, quando executio fit

super eo, de quo non fuit judicatum, secus, quando fit executio super eo, de quo judicatum fuit III 81

Theorica *Bartoli in leg. Procurator ff rem ratam hab. infin. de refectione damnorum*, habito respectu ad id, quod quis suis negociis avocatus Lucri amiserit. III 85

Theorica *Bartoli in leg. a Divo Pio § sed si emptor ff. de rejudic.* De licitatione, seu subasta III 87

Theorica *Bartoli in leg. nondubium cod. de leg. n.* 20 quod contra legem fit, nullum est, et pro non facto habetur: hoc tamen intelligendum est, ut non valeat, quoad favorem, non autem, quoad odium facientis III. 90.

Theorica Bartoli *cons, 65 l b* 1 enumerat casus, in quibus in judicio non admittitur simulationis oppositio. III 92

Theorica *Bartoli in leg. 2 et 4 vers. quaere cod. de jur. f.sci lib.* 10 Quando constat de erroneitate peritiae, judex eam sequi non debet. III 96

Theorica *Bartoli in leg. si quis ex Pamphila num. 3 ff. de legat.* 1 de probatione melioramentorum III 99

Theorica *Bartoli in leg. placet cod. de Sacros. Eccles.* Bona descripta in libris communitatis eidem semper sunt tributaria, et cum tributo super ipsis imposito transeunt in quemcumque possessorem III. 102.

Theorica Bartoli *in tractatu de flumnibus, seu Tyberiadis rin 20 § ura* determinat modum ponendi terminos, qui territoria, et agros dividunt III. 106

de solut. tractat de diversis modis cessionis. III 127

Theorica Bartol *in leg. Aristonum.* 1 et 2 *ff. quae res pign obl. poss* de cessione jurium III 171

Theorica Bartoli *in leg quoties* 2 *ff. de apt on legat n. 3 et seqq* versatur circa facultatem eligendi III 134

Theorica Bartoli *in leg. fundum* 3 *num.* 2 *ff de fund Instruct et justuum legat.* de instrumentis fundi III 137

Theorica Bartoli *in leg liberorum* 220 *ff. de verb Signific.* receditur aliquoties a regula, quod sub appellativo nomine filiorum veniant solum filij, exclusis nepotibus III 140

Theorica Bartoli *in tractatu de duob fratrib* an fructus ortus ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus sit castrense, vel non? III 144

Theorica Bartoli *in auth. res quae* 5 *cod. commun. de legat.* Filiae etiam non nubiles deducere possunt, deficientibus bonis liberis, tot bona fideicommissi, eaque retinere pro earum alimentis, et dotatione III 146

Theorica Bartoli *in leg. hac ed ctal. cod. de secund. nups* praescribit quod si mulier habens liberos, et concedens secundo viro in dotem omnia sua bona, decedat siue liberis, vir non potest lucrari ultra illud, quod spectat ad unum ex filiis primi matrimonij III 149

Theorica Bartoli *in leg penult ff ad leg falc d.* quamvis Maritus administrator bonorum extradotalium uxoris teneatur reddere ei rationem de fructibus perceptis, ista regula limi-

tatur, quoties maritus secure, et patiente uxore fructus percepit, eosque erogavit in usus promiscuos familiae III 153

Theorica Bartol. in leg. sane 11 *ff de jur dot.* de restitutione dotis facienda a Patre III. 155

Theorica Bartol in leg. final. §. *quando impendent ff ad S.C. Tebell.* de exclusione foeminarum a successione, et de reintegratione ad successionem, deficientibus agnatis masculis IV. 3

Theorica Bartol in leg. *si plures* 10 § *in adrogato num.* 4 *ff devulgar. et pupillar.* de muneribus traditis uxori a consanguineis mariti, et de is traditis marito a consanguineis uxoris. IV 7

Theorica Bartol in leg. *cumquis decedens* § *qui testamentum ff* de legat. 3 quod promissio donandi aliquid in genere, seu relinquendi post mortem non est absoluta obligatio, sed simplex sollicitatio revocationi obnoxia promissio vero donandi, seu relinquendi post mortem aliquid certam, est valida, atque irrevocabilis, cum natura indicet actus inter vivos. IV 10

Theorica Bartol. in leg. 1 § *nec castrense num.* 11 *ff. de collat et in auth. unde si parens cod de inoff. testam.* statuit Patrem posse, non obstante unitate personae, donare filio ob merita ejusdem IV. 14

Theorica Bartol in leg. *universa num.* 5 *cod. de praec imper. offer* agit de solemnitate insinuationis donationis praescripta in leg. *Sancimus cod de donat* IV. 16

Theorica Bartol in leg. *si convenerit* 14 *ff pro-*

sus versetur circa validitatem prohibitionis alienationis bonorum a testatore factae V 21.

Theorica *Bartoli in leg qui Romae* 122 *§. duos fratres eum.* 10 *ff de ver obligat* divisio bonorum emphiteutis eorum quid importet IV. 25

Theorica *Bartoli* in *leg. et si post tres* § 4 5 *ff si quis caut.* Emphiteuta protervus in solutione Canonum, quamvis admissus sit ad purgationem morae, condemnandus est in omnibus damnis, et expensis IV 27.

Theorica *Bartoli in leg quoties § si duo num.* 5 *ff. de haered. instit* de jure accrescendi: enunciantur veriae limitationes in dicta materia. IV 20

Theorica *Bartoli cons.* 17 *lib* 1. si haeredi gravato debeantur detractiones, donec suis expensis, et sumptibus rationem reddiderit de bonis occupatis ad formam investarii V 35.

Theorica Bartoli *in leg Theopompus* 15 *num* - *ff de dot praeleg.* Haeres fiduciarius, cui testator voluntatem suam alicui patefaciendam secreto commisit tenetur eam aperire juramenti religione, IV. 38.

Theorica *Bartoli in leg. pecuniae num.* 1 *ff de alim. et cib legat* De legatario dignoscendo ab executore IV 40

Theorica Bartoli in *leg libertis* 4 *num* 2 *et* 3 *ff. de alim at cib legat*. Quando legatum est principaliter directum ad bona, tunc relicta censetur proprietas, quamvis subsequenter fiat mentio usufructus; secus vero si legatum directum est ad usumfructum IV 45

Theorica *Bartoli* in *leg. si quis servum § fin. ff de legat.* 1. An praelegatum censeatur com-

prehensum in fideicommisso licet universali. IV 48.

Theorica Bartoli in leg. *Maevius* 68 § 1 *num.* 13 *ff de legat.* 2. An duo iussae lucrativae simul concurrere possint IV 52

Theorica Bartoli in leg. *illud*, *aut illud* 19 *ff de option legat* De iure eligendi, et de iure optionis IV. 54

Theorica Bellapertica in *Leg. Iubemus* 6 *Cod ad SC Trebell* Quod Nepotes ex filio praemortuo non teneantur fructus in Trebellianicam imputare I. 212.

Theorica *Beroeii cons.* 77 *num* 6 *et per tot. lib* 2 Linea substantiae comprehendit solos masculos ex masculis, et linea qualitatis complectitur masculos etiam ex foemina descendentes IV. 57

Theorica, *seu* Consuetudo *Bulgari* Quod Legatum Ususfructus Uxori relictum ad sola alimenta restringatur I. 217

Theorica *Bulgari, & Martini* Nunquid Iuramentum firmet contractum contra Legis prohibitionem celebratum? I 226

Theorica *Bulgari, & Martini* in *Leg Dos a Patre Cod Soluto Matrim* Dos a Patre profecta an ad Patrem revertatur soluto per mortem filiae matrimonio et existentibus ex eo matrimonio Liberis? I 230,

Theorica *Burgarii intes suas Quaest* Legitima Matri debita in bonis Filiae Matrem heredem instituentis quanta esse debeat Ubi plura etiam de St[illegible] foeminas a successione excludentibus I 2[illegible]

Theorica *Butrii in cap nihil obstat num* 2 *vers.* quod intelligo de verb signific De testium

depositione super formalitate verborum. IV. 60.

Theorica desumpta ex *Responsis IC Caii in Leg. Utrum 8 § Cum quidam ff de Reb. dub. & Papiniani in Leg. Unum ex familia 67 § Si de falcidia ff de Legat.* 2. Ponit distinctionem inter facultatem nominandi personam *incertam* de genere pariter *incerto*, et facultatem nominandi personam *incertam* de genere *certo*. Et quinam sint huiusce diversae facultatis effectus? I. 244.

Theorica *Caldero* *ni cons.* 4 *de Jure patronat.* In ultimo ex vocatis Juspatronatus *gentilitium* fit *hereditarium.* I. 20.

Theorica *Cancerii Decis.* 125 *part.* 2 *Divers. num.* 2 *et seq.* exponit regulam, quod in Contractibus *Masculinum* non concipiat *Foemininum.* I. 249.

Theorica *Castrensis in Leg. Titia centum* 10 § *Titio genero ff de Condit. et Demonstr.* De quando dicatur, necne succedere in locum Legitimae? II. 3.

Theorica *Castrensis Cons.* 7 *vol.* 2 An Statuta excludentia foeminas, non *uti foeminas*, sed *uti dotatas*, locum habeant adversus foeminas, quae de tempore successionis nondum dotatae sunt? II. 8.

Theorica *Castrensis in Leg. final. num.* 3 *Cod. ubi in rem act.* An, et quando exerceri possit Actio *realis* super Mobilibus ab Extero acquisitis extra locum sui domicilii? II. 11.

Theorica *Castrensis in* L[illegible] *Non utique* 3 § *final ff de eo quod cert. loc.* Tradit requisita *Lucri Cessantis*, nempe, quod Creditor pecuniae sit solitus negociari; quod Debitor sit in

mora solvendi; et quod lucrum sit certum in potentia proxima II 14

Theorica *Castrensis in Leg Maritus* 21 *num* 5 *Cod de Procurat et cons* 190 *lib* 2 Quod sub n a n *Descendentium per lineam masculinam non* veniant in subsidium finae Masculi Agnati II 20

Theorica *Castrensis in Le Qui Romae § Flavius ff de verb oblig* Negat contrahentibus facultatem immutandi, aut tollend conditiones stipulatas, ad favorem absentium, vel nondum natorum I 136

Theorica *Castrensis cons* 338 *vol* 1 Quando nam res, locus, vel modus consentur stare taxative, non demonstrative: I 133

Theorica *Castrensis in Leg* 4 *§ Si ex conventione num* 2 *ff de Re iudic* Tradit cautelam, ne sententia avetur per promissionem solvendi a succumbente factam II 171

Theorica *Castrensis in leg si autem § quomodcumque num* 2 *post Bartol ibid ff de negoc gest* Ao sententia data supra principali praeiudicet super exceptione, et incidenti, IV 63

Theorica *Castrensis in leg si cum venderet ff de pign act* Versatur circa pactum de retrovendendo IV 66

Theorica *Castrensis in le inter eos § creditor* de excussione prin ipalis debitoris IV 70

Theorica *Castrensis in le Si pater* circa fin *cod de ..tion empt* dep obatione librorum estim. IV 73,

Theorica *Castrensis in leg contractus cod de fid iuram.* et in leg cum res num 4 cod,

tur in solidum erga omnes creditores haereditarios IV 103

Theorica *Castrensis in leg.* si conpensandi 6 vers. sed glossa cod. de haered instit de quaestione an, et quando legatum a debitore factum suo creditori compensatum censeri debeat cum toto ejus debito IV. 106

Theorica *Cini in leg final cod. ad leg. Falcid.* an haeres, qui ad solutionem debiti haereditarij se obstrinxit sub certo modo diverso ab illo, quo defunctus tenebatur, censeri debeat obligatus nomine haereditario, an proprio. IV. 108

Theorica *Croti in leg Filius-familias* 118 § *Divi ff de Legat* 1 Haeres gravatus alienando rem fideicommissariam praesumitur eam elegisse in Quartam Trebellianicam. Et quando huiusmodi alienatio substineatur II 23.

Theorica *Cumani in leg* Cum ita 33 § In fideicommisso ff de Legat 2 *et in* leg. Gallus 29 § Quidam recte ff de liber et posth. Quando plures sub nomine Collectivo sunt vocati, veniunt ordine successivo per substitutionem vulgarem, non per fideicommissariam. II 28

Theorica *Curtii* in § Ex imperfecto leg. Hac consultissima Cod de Testam num 1. An testamentum inter Liberos valeat, quamvis ratione voluntatis imperfectum sit II 130.

Theorica *Curtii Jun. cons* 4. De clausula ad habendum opposita in parte dispositiva contractus emphyteutici IV 111

Theorica *Decii cons* 386 *lib.* 2 Quod Dos debita sit Filiis, uti Heredibus Matris II 35.

Theorica *Decii cons.* 636 *lib.* 2. Qualiscumque

quia ita pro validitate testamenti nubibus, et signis conditi IV. 126

Theorica *Glossae in leg. cumquid. 3 verb. pro cauto vers.* Si quid audixero ff. de reb. credit et si cert. pet. Quando alicui traditur pecunia, eademque recipiatur absque ulla causae expressione, nullumque inter dantem, et recipientem praecesserit interesse, cui solutio referri possit, eadem referenda est ad causam *Mutui*. IV. 109

Theorica *Glossa in lege concubinam 29 § qui hortos ff. legat.* 3 An haeres, vel usufructuarius teneatur ad collectas, et onera fundi. IV. 120

Theorica *Glossae in leg. tibi decem. 18 § si pact. pub. suader. t. ff. de pact.* De donatione facta contemplatione matrimonij IV. 133

Theorica *Geminiani cons.* 45. Quod mortuo ultimo ex vocatis, Iuspatronatus Gentilitium non fiat haereditarium, sed Beneficium evadat liberae collationis I. 21

Theorica *Geminian. in cap.* Si propter de rescript. in sext. column. 3. de modo faciendi expensas pro restauratione, et conservatione ecclesiae IV. 137

Theorica Geminiani cons. 27 *num.* 8 de probatione consanguinitatis ad effectum dumtaxat successionis IV. 141.

Theorica *Glossae in leg. Lucius 85 ff. de Haered. inst.* Filij in conditione positi non censentur dispositive vocati. II. 61

Theorica *Glossae in leg. Generaliter 37 ff. de legat.* 1 An Legatario, vel potius Haeredi competat electio rei in genere legatae. II. 66

Theorica *Glossae in lege Peto 71 § Fratre in, verb. ex familia ff. de Legat.* 2. suppeditat

Cautionem de restituendo bona, et fructus a praepostere substituto in casu, quo superveniat persona in genere praedilecto II 101.

Theorica *Hieronymi Pauli in Pract Cancell. post Rebuff in Prax Benefic* §. *In Causa mea.* An in Relictis censeatur contemplata Dignitas in Persona vel Persona in Dignitate II. 69.

Theorica *Hostiensis in summ lib 4 tit de Locat. sub n. 7* Quod ad exclusionem Restauri, sive Remissionis Canonis debeat sterilitas unius anni cum ubertate aliorum annorum compensari II 73.

Theorica *Hostiensis in cap* Constituti de fidejussor. de obligatione fidejussoris, et de eius liberatione IV 144

Theorica *Hostien. in eod. cap.* constitutus de fidejussor de eadem materia fidejussionis IV. 148.

Theorica *Iacobi de Ravenna in Leg. Cunctos Populos Cod de summ Trinit.* Quod materia successionis ab intestato regulari debeat secundum Statuta Locorum, ubi bona sunt posita II 78.

Theorica *Iasonis in leg Illud.* 20 *n 4 eod. de Collat.* Quod Filius, qui ex mandato Patris bona paterna administravit, nullam consequi debeat mercedem II 82.

Theorica *Iasonis in Auth Res quae n 32 limitat. 14 col Commun de Legat.* Uxor non potest suam dotem ex fideicommisso obtinere, si non fuit sollicita de ea assecuranda super bonis Mariti, quem sciebat ad inopiam vergere II 85

Theorica *Iasonis in leg si fundum* 94 *n* 1- *ff.*

laesionem inspici debet tempus contractae obligationis V 5.

Theorica *Joannis Andreae incapite cum saeculum de jure patron* Haeres in tota haereditate institutus acquirit Juspatronatum, exclusa haerede incerta re instituto V. 8

Theorica *Iterniae de successione feudali cap 1 num 1 vers* Si autem, versatur circa emphiteusim acquisitam a Patre acceptanti etiam pro filio V. 10

Theorica *Lambertin de Ramponibus*, an fideicommissum stare debeat in suspenso, donec durat spes, et potentia existentiae personarum prius vocatarum II 97

Theorica *Lapi Allegat 91 n. 8 vers Contrarium dico*, resolvit Quaestionem, cujusnam loci dicantur nomina debitorum, an scilicet loci Creditoris, vel debitoris, vel destinatae solutionis II. 108

Theorica *Lapi allegat 33 n 2* De beneficio sacerdotali, et ecclesiastico V 12.

Theorica *Martini* quoad vim Juramenti in contractu contra Legis prohibitionem gesto I. 226.

Theorica, seu Consuetudo *Martini* impugnat reversionem Dotis ad Patrem, quoties Filia mortua est in matrimonio, relictis Liberis I 230

Theorica *Margarit in Epitom fide commiss. quaest 58 & in cons 19 alias 10 num 18* Quod bona a filiis possessa praesumantur bona paterna. II 58

Theorica *Mohedani decis. 3 tit. de usur.* Tradit requisita Damni emergentis II. 109

Theorica, seu Cautio *Mutiana* ut legatarius

Theorica *Plobi in leg. 5 quando num.* 712 *cod.* unde vi. versatur circa quaestionem si super bobus aratoriis, aliisque rusticalibus instrumentis fieri possit executio V. 31

Theorica *Richardi de Malumbris* Si masculus agnatus instituat masculum pariter agnatum, ac deinde eius filios, et descendentes masculos, vocati intelligu tur masculi ex masculis, non masculi ex foeminis II. 141

Theorica *Ripae in l. g. ita stipulatus num.* 51 *ff. de verb. oblig.* Conditio stipulata a fidejussore „ si debitor principalis non solverit „ facit cessare privilegium excussionis, et ordinis V. 34

Theorica *Ripae in leg. 1 ff. de priv. credit.* De licitatione bonorum debitoris; an, et quando extraneo praeferatur creditor agnatus. V. 38

Theorica *Ronchegalli in Leg. Eadem. 9 num. 59 & seqq. ff. de duob. reis.* Quod ex duobus aequaliter obligatis, si, qui rem, vel fructum percepit, evadat principalis Debitor; alter qui nihil percepit, constituatur fidejussor. II. 147

Theorica *Ronchegalli in ead. Leg. 9 ff. de duob. reis n.* 160 *&* 161 An, et quando institor, nomine proprio contrahens, obliget Praeponentem? II. 152

Theorica *Ruini cons.* 114 *col.* 1 *&* 2 *lib.* 5 Quod sententiae causam confirmet, quando una Actum irritat altera Actum declarat validum, sed ejus effectum suspendit ad tempus. II. 155

Theorica *Ruini cons.* 131 *lib.* 2 Quod Dos filiis debetur, uti Filiis, non uti Matris haeredibus. II. 35.

Theorica *Saliceti in leg licet in fin cod locat.* praescribit quod si conductor recepit in se casum tempestatis, intelligitur de tempestate, quae sterilitatem inducit: si locator eumdem tempestatis casum assumeret, intelligitur non solum de sterilitate, sed de exiguitate fructuum V 50

Theorica *Saliceti in leg final num 17 cod. de jur emphit* Quod emphiteuta incurrat caducitatem, si falso denunciet domino se invenisse majorem pretii quantitatem, quam revera invenit V 53

Theorica *Saliceti in auth cassa, et irrita cod. de Sacr Eccl quaest 9 num. 7* An in testamento minus solemni condito ad favorem piae causae substineantur legata extraneis relicta: et de testamento Patris inter liberos, V 55

Theorica *Severoli in ejus Responso post Mantuas ad De Luc tom 2* Quod, Masculis volentibus Foeminae licet a Statuto exclusae numerari debeant pro augendo de triente ad semissem eorum legitima. II 179

Theorica *Sichardi in Leg final num 69 Cod de Edict. Div Hadrian toll* conciliat cum distinctione discordantes DD. opiniones circa Masculinitatis repetitionem. I 13

Theorica *Soccini in leg Solemus 9 n. 6 ff. de Condit. et Demonstr* An in fideicommissis casus non existentiae trahatur ad casum deficientiae. Et quaestionem resolvit cum distinctione, an conditio non existentiae stet limitative vel potius indeterminate ad tempus obitus primorum haeredum institutorum I. 184.

Theorica, seu Cautela *Soccini Cons. 122. lib. 1*

suppeditat modum, ut Legitima filiorum fideicommisso subiiciatur. II. 190

